

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Brevicvlvs Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagrata <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1662**

[urn:nbn:de:bsz:31-160608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160608)



278  
400  
122









BREV  
SELEC  
QVAES  
REGV  
A  
Particular  
Ordinis  
Ca  
CO  
A F. Bo  
E  
Confes  
S  
FRIBV  
Tys  
A  
M  
In cap

BREVICVLVS  
SELECTARVM  
QVAESTIONVM  
REGVLARIVM

AD VSYM

Particularem Fratrum Minorum

Ordinis S. P. FRANCISCI

Capucini

CONFECTVM

A F. BONAGRATA

Capucini

EDITVS

Consensu & Auctoritate

SVPERIORVM.


FRIBV RGI BRISGOIAE

*Typis Theodori Meyer,*

Anno Salutis

M. DC. LXII.

*In capite domini ad...*





ak

92 A 75 102 R

S

\*\*\*\*\*  
P. E. M.  
N On eñ  
Bonu  
bus o  
teat; neq  
omni care  
doquidem  
nena, tñ  
Civit. c. 2  
nienia p  
thifera H  
ter adbo  
medicari  
à contr  
bus dele  
E peras

\*\*\*\*\*

## PRÆMONITIO.

02

**N**on est in rebus creatis  
 Bonum, quod omni-  
 bus conducatur aut pla-  
 ceat; neque Malum quod  
 omni careat utilitate. Quan-  
 doquidem *ipsa quoque Ven-  
 ena*, teste S. August. l. ii. de  
 Ciuit. c. 22. *qua per inconue-  
 nientiam perniciosum sunt & le-  
 thifera Homini, conuenien-  
 ter adhibita, in salubria  
 medicamenta vertuntur: Et  
 à contrario etiam hac, qui-  
 bus delectamur, sicut cibus  
 & potus, & ista lux, immo-*

A 2

derato

derato & importuno & su no-  
xia sentiuntur. Unde nos  
(subdit mox ibid.) admo-  
net Diuina Prouidentia, non  
res insipienter vituperare,  
sed Utilitatem rerū diligen-  
ter inquirere, &c.

Nescio quid ex præsentis  
opusculo (*Breuiulum nun-  
cupare placuit, præeunte eo-  
dem S. D. qui gesta Catholi-  
corum cum Donatistis, scri-  
pro contractiori complexus,  
id, Breuiulus Collationum,  
&c. insigniuit*) mihi spera-  
re liceat. Ecce verò tibi rem  
& scopum intentionis! Iu-  
dicandi

*Præmonitio.*

3

dicandi porrò tibi sit & vtendi libertas.

Mores Christianos vniuersim, necnō & Religiosos, tomis prægrādibus docuêre, quamplurimi; Minoritanā Regulam, cui nos Voto speciali tenemur adstricti, declarationibus nobilitârunt non solùm Doctores Franciscani aliarum ac nostræ Capucinatorum familiæ; Verum etiam ipsa summa Reipublicæ Christianæ Capita, adeò doctè & sapienter omnes, vt vix quicquam ijs superaddi posse videatur. Præ-

A 3

ter

ter hæc scitu summè necessa-  
ria, vnum adhuc est, quod  
quis apud nos jure merito  
desideret: Cùm Doctores ex-  
tranei SS. Canones & Apo-  
stolicas Sanctiones Regula-  
ribus præscriptas, & ex ijs  
emergentes difficultates per-  
tractârint, vel generaliter  
tantùm non sine multo di-  
versarum opinionũ confli-  
ctu, vel quatenus propriam  
cuiusque Religionē speciali-  
us adstringunt, vt lectorem  
alienum non quietum sed  
magis perplexum sæpessapi-  
us dimittant: Nostrates au-  
tem

nitio.

*Præmonitio.*

5

tem ea nonnisi, sparsim di-  
uersis tractatibus prout oc-  
casio tulit, interseruerint,  
qui nec passim obuij haben-  
tur, nec facile à quouis per-  
curri possunt: Vt in vnum  
congererentur, quæ nos pe-  
culiariter concernunt, neq;  
sine culpa etiã nesciri que-  
unt, aut damno tùm nostro,  
tùm aliorũ, quibus, ex qua-  
cunque tandem causa, spiri-  
tualia debemus obsequia.

Hoc igitur diuinâ fretus  
gratiâ conatus sum, vt in v-  
nam primò Summulam *se-*  
*lectas* vndequaue *questio-*

A 4

101

6 *Præmonitio.*

*nes Regulares* colligerem,  
suis firmatas authoritatibus,  
ac probationum corroboratas  
momentis, communis  
utilitatis gratiâ; quam ut  
amplius promouerem, eas-  
dem isto nunc libello pro-  
pono, cum Breuitate sermo-  
nis, quam suasit in Reg. c. 9.  
Seraph. Noster Patriarcha S.  
Franciscus, exemplo summi  
Legislatoris Dei, qui duabus  
primùm tabulis lapideis, E-  
xod. c. 34. postmodum verò  
per Filium suum nobis in  
natura consortem, abbrevi-  
ando magis, duobus pœnè  
verbis,

Præmonitio.

7

verbis, Dilectionis DEI ac  
Proximi, *Matth. c. 5.* leges  
omnes ac Prophetarum ora-  
cula, materiam scribendi  
immensam, complexus est.  
Quemadmodum & in vtri-  
usque legis, veteris ac nouæ  
statu morem fuisse, vt man-  
data viuendi modicis libel-  
lis comprehensa secum de-  
ferrent homines, præter ali-  
os singulariter annotauit S.  
Isidor. *Pelusiota l. 2. Epist.*  
*258.* vbi explicans quid sit  
*dilatare Philacteria. Matth.*  
*c. 23.* *Quoniam, inquit, quid*  
*sibi illud velit, Magnificant*  
As Phila-



Philacteria, *Et tibi exponam, per litteras a me petisti; illud scito, quod per exigui quidam libelli erant legem continentes, quos quidam Iudæorum Magistri gestabant, quemadmodum etiam nunc fœmine parua Evangelia (præcipua capita eorum, quæ in integris Evangelijs continentur, intelligit P. Aloys. Nouar. Schediasm. l. 3. c. 4.) Quemadmodum Legislator, Et eos in opus inuiceret, atque obliuionem ab eis amoliretur, illud lege lata promulgârat: appendes Iustificaciones me-*

as in manu tua. *Ipsi autem operis quidem nullam curam gerebant: at circa libellorū loca plurimum studij adhibebant, idcirco reprehensū sunt.*

Quod igitur æterno Legislatori placuit suæ voluntatis præcepta ad eò breuiter conscribi, vt manu circumferri possent, non ad inanem iactantiam, sed viam eorum obseruantiam: mihi displicere non debuit, aut inutile videri, quo minus exemplo tanto excitatus, eundem in finē hunc Breuiculum confi-

cerem. Nunquid vero placitum yniuersis? hoc nullus mortalium mihi persuaserit; sed neque tantum illi tribuo, ut applausum mereatur, aut istud curo. Foret autem dolor mihi maximus, si, quod vitæ pabulum porrigere volui, in erroris venenum vergeret.

Quamobrè, quisquis hunc libellum legere, vel eo insuper uti dignabitur, illum ego præmonitum, ac summo opere rogatum volo, si quæ propter breuitatem obscuriora, vel omissionem probationum

*Præmonitio:*      II

tionum apparebunt incerta  
vel minus solida, non pigeat  
ad ipsam *Summulam*, ubi  
hæc ex instituto (correspon-  
dentibus vtrunque titulis &  
numeris marginalibus) de-  
clarantur & confirmantur,  
recurrere. Quod si neq; hac  
ratione sibi quis satisfactum  
arbitrabitur: nouerit saltem  
hinc ansam arripere senten-  
tias aut rationes & argumē-  
ta indagandi firmiora. Mihi  
sufficit præstitisse id, quod  
Spiritus Diuinus commen-  
dat *Prou. 9. Da Sapientia oc-  
casionem, & addetur ei Sa-  
pientia.*      A7      De

De cætero, si quid occur-  
 rat in vno alteroꝛue scripto,  
 quod minus vero bonoꝛque  
 conueniat, illud ego inpri-  
 mis reijcio damnoꝛque; pa-  
 ratus corrigere vel reuocare,  
 quando non solum Ecclesiæ  
 Dei, *Veritatis Columna ac*  
*firmamento. 1. Tim. 3.* (cu-  
 ius Iudicio me meaꝛque om-  
 nia æternùm subiecta volo)  
 displicere vllâ ratione, vido-  
 ro; verum etiam à quocun-  
 que erroris admonitus fue-  
 ro, gratias acturus immor-  
 tales ei, qui tenebras meas  
 illuminauerit, & aberrantem  
 à recto

*Index Titulorum.* 13

à recto, reduxerit in viam  
Pacis & Salutis, quam ex  
corde, vniuersis à D. DEO  
nostro precor.

**INDEX TITVLORVM.**

- Absolutio generaliter*
- Absolutio quoad fratres.*
- Absolutio quoad saculares.*
- Altare.*
- Benedicere.*
- Capitulum.*
- Casus reservatus.*
- Clausura.*
- Confessarins.*
- Constitutiones.*
- Custos.*

A 3

Defin

14 Index Titulorum.

Definitores.

Discretus.

Dispensatio.

Electio.

Eucharistia.

Exemptio.

Extrema Sinctio. Vide V. Eucharistia & V. Missio.

Fabrica. Vide V. Clausura.

Forum.

Guardianus.

Habitus.

Ieiunium.

Indulgentia.

Irregularitas.

Index.

Inramentum.

Ma.

*Index Titulorum.* 15

*Matrimonium.*

*Missä.*

*Missio.*

*Monasterium.*

*Novitius.*

*Occultum.*

*Officium diuinum.*

*Ordines sacri. V. SS. Ordines.*

*Pæna Ecclesiastica.*

*Prædicatores.*

*Prelatus Regularis.*

*Præuilegium.*

*Professio Regularis.*

*Præuincialis,*

*Sacri Ordines.*

*Sorores Tertiaria.*

*Visitator Regularis.*

*Votum.*

A9

AB.



# ABSOLVTIO GE- NERALITER.

## S. I. ABSOLVTIO IN *Mortis Articulo.*

**I**N articulo Mortis quilibet Sacerdos quemuis ab omnibus censuris & peccatis, quomodocunque reseruatis, absoluendi potestatem habet ex Decreto Conc. Trid. *sess. 14. c. 7.* vbi S. Synodus: *Delictorum reservationem, inquit, consonum est Diuinae authoritati non tantum in externam Politiam, sed etiam*

generaliter.

17

etiam coram Deo & im habere. Veruntamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit: Ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quolibet poenitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvere possunt. Hucusque S. Conc.

2. Censetur autem articulus mortis, non solùm in quo quis moritur, sed & moriendi periculum, in quo probabiliter timetur aut speratur

ratur à Medicis vel alijs viris prudentibus alicuius mors, etsi postea euadat vel conualescat. Vt si mulier est partui proxima & nondùm aliàs peperit, aut si peperit, experta est parere cum vitæ periculo. Infirmetas periculosa pleuritidis, &c. Item si cui debet excindi calculus aut hernia, &c. Neque refert sponte quis periculum mortis adeat, an coactus necessitate.

3. In mortis itaque articulo seu periculo absolueri potest, etiam præsentè approbato

probato Confessario aut alio  
in reservata potestatem ha-  
bente, sacerdos omnis etiam  
non approbatus ac rudissi-  
mus, nominatim etiam ex-  
communicatus, à quibus-  
cunque reservatis. 4. à cen-  
suris, vt quis Ecclesiasticâ se-  
pulturâ & suffragiis gaudere  
possit, deficiente sacerdote  
vel clerico etiam laicus. 5. à  
peccatis autem sacerdos tan-  
tùm, ac moribundum quidẽ  
ad confitendũ amplius non  
idoneum, saltem sub condi-  
tione: *si capax est absolutio-  
nis*, quando nullum penitus  
signum

signum dedit. 6. speciali  
 priuilegio quicumque Con-  
 fessor Religiosum Mendicā-  
 tem absolueret potest, ac si in  
 illo casu esset Summus Pon-  
 tificex, eidemque Indulgentiā  
 plenariam concedere. 7.  
 in impedimento Canonico,  
 quod articulo quoque mor-  
 tis comparatur, absolutio  
 spectat, 8. in primis ad Epi-  
 scopum tanquam proprium  
 pastorem. 9. & per priuile-  
 gia, Religiosos Mendicantes.  
 10. in eorū absentia, quem-  
 uis approbatum sacerdotem.  
 11. oportet autem i. vt im-  
 pedimen-

pedimentum sit legitimum,  
quomodo

*Regula, Mors, sexus, ho-  
stis, puer, Officialis,  
Deliciosus, inops, agerque,  
senexque, sodalis,  
lanitor, adstrictus, dubi-  
us causa, leuis ictus,  
Debilis, absolui sine sum-  
mâ Sedē merentur.*

Rodriq. admittit etiam di-  
stantiam 20. leucarum (leu-  
ca est milliare gallicum vni-  
us horæ.) 2. vt fiat ex ali-  
qua causa iusta. 3. cum one-  
re comparendi corā habente  
ad id facultatem. Demum  
præstitâ

præstitâ satisfactione partis læsæ aut saltem satisfaciendi proposito quamprimùm poterit.

12. Valent porrò hæc respectu cuiuscunque Superioris, ad quem datâ necessitate communicandi aut celebrandi, difficilis est aditus.

## ABSOLVTIO QVO- AD FRATRES.

*S. I. A QVIBVS REGV-  
lares absolui possint?*

13. **P**ossunt nostri superiores sibi subditos absoluerè à quibuslibet casibus

quoad Fratres. 23

casibus & censuris etiam  
Papa reservatis 14. tam  
occultis. 15. quàm publicis  
& notorijs. 16. etiam Ha-  
resi, in utroque foro 17. &  
per sententiam. 18. nomina-  
tim denunciatis. 19. à Prae-  
latis Ecclesie Papà inferiori-  
bus; modò tamen ex parte  
subditorum debita fiat satis-  
factio, nimirum 1. ut ante  
omnia absoluendus à con-  
tumacia recedat. Deinde ut  
satisfactionem exhibeat vel  
offerat aut promittat, prout  
poterit. Et tandè ut iudicem,  
à quo excommunicatus est,  
saltem



saltem reddat certiozem de obedientia sibi & Ecclesiæ (cui per contumaciam facta est specialis iniuria) reddita, & obtentâ absolutione.

*S. 2. QVIS POSSIT  
absolvere Regulares?*

20. **C**ompetit ea potestas inprimis *Generalibus* & *Prouincialibus*, tum eorum *Vicarijs* & *Confessoribus*, quos illi sibi speciatim, ex eodem tamen Ordine, eligunt pro foro tam interno, quàm externo. 21. Eâdem potestate absoluedi gau-

quoad Fratres. 25

gaudent *Pralati nostri locales*, necnon & *quiuis Confessarij* pro fratrum ac *Monialium Ordini* subditarū *Confessionibus* deputati, sed pro foro interno tantū ad vsum *Sacramentorum*, & cum obligatione *pœnitentibus* se præsentandi coram *Superiori* pro casibus *reseruatis*.

22. Pro *reseruatis Regularibus* tantū remittendos esse *pœnitentes* ad *Prouincialem* dicit *P. Cyprian. in 7. Reg. sec. 17. fol. 648.* etiam pro *Reseruatis S. Pontifici* docent *Soar. 10. 4. Relig. tr. 3. 6.*

3. l. 2. c. 22. & Urban. ab Ascens. Theol. Moral. tr. 2. c. 3. Reg. 9.

23. Resolutio stat in his.  
 1. Posse quoscunque nostros Confessores absoluere suos Confratres à quibuslibet peccatis & censuris tam Pontifici, quàm Ordinis Superioribus reseruatis, etiam notorijs ac publicis. Si tamen ipse Superior, ad quem propriè Iudicium spectat, præsens fuerit, indecens valdè videtur, si alius sese ingerat, cui propter necessitatem duntaxat illa facultas conceditur.

24. Sic

24. Sic etiam 2. indignum videtur, vt pro reseruatis Regularibus pœnitens absolva- tur cum onere comparandi seu præsentandi se Superioribus, non autem pro Pontifi- cijs, quæ multo grauiora sunt & rationē habent ean- dem, aut etiam maiorem quàm illa.

25. Talia vero 3. maximè censentur casus Bullæ Coenæ D. 4. A cæte- ris omnibus isti Confessores absoluere possunt per priui- legia Pauli 3. & aliorum con- firmata per S. Congreg. 1628.

17. Nou.

17. Nou. sine vltiori præsentatione. 26. pro foro interno tamen solummodo.

27. Prælatus licentiam dare nequit subdito confitendi extra Ordinem de casibus reseruatis, secundum Hugon. & Pisan. à Regula prohibitus; ne quidem lubilæi tempore; siquidem Papa nunquam in dubio præsumendus est, quòd per generalem concessionē velit derogare particularibus statutis rationalibus. *c. licet Romanus. de Constit. in 6* multo minus Regulæ Apostolicæ auctori-

*quoad Fratres.* 29

auctoritate confirmatæ & in  
commune Iuris corpus re-  
positæ.

28. Dato casu, duos tan-  
tùm in Conuentu esse Con-  
fessarios ambos excommu-  
nicatione irretitos, posset tũ  
vnus alterum absoluere pro-  
pter necessitatem, etiamsi  
notoria fuerit vtriusque ex-  
communicatio.

29. Quod si Religiosus  
manus violentas iniiciat in  
Clericum sæcularem aut Re-  
ligiosum alterius Ordinis,  
potest absolui à proprio Præ-  
lato & absente Superiore per-  
cussu.

**ABSO-**

S. 3. AD QVOS ABSOL-  
uendos Potestas absoluen-  
di extendatur?

30. **E**Xtenditur imprimis  
ad omnes *Professos*  
*subditos*, necnon &  
*Moniales* illorum curæ com-  
missas. 2. ad *Hospites* seu  
peregrinos eiusdem Ordini-  
nis. 3. ad *Novitios*, non so-  
lùm qui habitum iam susce-  
perunt, verùm etiam eos, qui  
mox ingredi volunt, aliàs  
in pristinas sententias rela-  
psuri.

ABSO-

quoad Seculares. 31

ABSOLVITIO QVO-  
AD SAECVLARES.

31. **P**Aulus 3. in Bulla. *Cum*  
*inter cunctas. An.*  
1545. concessit Socie-  
tatis IESV Presbyteris quorū-  
cunque & trinusque sexūs fide-  
lium ad eos undecunque ac-  
cedentium Confessiones au-  
dire, eosque ab omnibus &  
singulis eorū peccatis quan-  
tumcunq; gravibus & enor-  
mibus, etiam Sede Apostolica  
reservatis. & a quibusvis ex  
ipsis casibus resultantibus  
sententijs, censuris & pœnis

**B**

Ecele.



32 *Absolutio*

*Ecclesiasticis (exceptis Bulla  
Cæna D. casibus) absolueret.*

Quâ facultate etiamnum va-  
lidâ per communicationem  
gaudent alij quoque Mendi-  
cantium Ordines.

32. Oportet tamen iuxta  
moderationem Conc. Trid.  
Confessores Regulares respec-  
tu Secularium esse approba-  
tos ab Ordinarijs. Quantum  
ad Regulares alios sufficit li-  
centia sui Prælati. 33. Qui  
facultatem eiusmodi pro li-  
bitu limitare atque restrin-  
gere tam ex parte pœnitent-  
ium v. g. virorum & nō mu-  
lierum,

*quoad Seculares.* 33

lierum, quàm ipsorum delictorum, vel etiam penitus tollere potest. 34. Porro circa prædictam Bullam duo principaliter controuertuntur. 1. Vtrùm omnia simpliciter excepta sint siue negata Regularibus absoluere, quæ in Bulla Cœnæ D. continentur? 2. Num alia omnia concessa? Ad quæ

*S. 1. A QVIBVS REGulares non possint absolute?*

35. **R** Esp. 1. Non excipi casus occultos. 36.

Resp. 2. Exceptionē  
B 2 illam

illam etiam quoad notorios  
tum speciatim cum vniuer-  
sim sublatam videri apud nos  
per Greg. 13. An. 1573. 25. Iun.

37. Prout eandem sustulit  
Paul. 3. pro locis Romam re-  
motissimis. 38. Sine omni  
verò hæsitacione vtimur fa-  
cultate concessam partibus vl-  
tramontanis à Paulo 4. 1577.  
8. Maij. in absolute à ca-  
sibus hæreseos, & schisma-  
tis, lectione librorum hæreti-  
corum, atque aliis erroribus  
ad fidem pertinentibus, & à  
consequentibus sententiis,  
censuris & pœnis, in foro ta-  
men

*men consciētia solūm. Quod*  
Prouinciæ Capucinatorū Hel-  
ueticæ specialiter quoque  
concedere de septennio in  
septennium solet S. Con-  
gregatio S. Officij & de prop.  
fide.

39. Aliam insuper specia-  
lem refert P. Cyprian. factam  
Soc. IESV à Greg. 13. *Et in*  
*singulis Collegiis Germania,*  
*Generalis designare possit*  
*duos Sacerdotes, qui possint*  
*absoluere quoslibet, qui in-*  
*currissent Bullam Cæna pro-*  
*pter Violatā Iurisdictionem*  
*aut libertatem Ecclesiasticā.*

si eos pœniteat & ad satisfactio-  
nem damni illati sint parati. Quantum ad alteram  
difficultatem de concessis,  
Quæritur

§. 2. A QUIBVS RE-  
gulares possint absolvere?

40. **E**X eo quod in Bulla  
præallegata Pauli 3.  
facultas datur sim-  
pliciter absoluendi ab omni-  
bus & singulis casibus, cen-  
suris, &c. quantumcunque  
gravis & enormibus etiã  
Sede Apostolica reservatis,  
exceptis in Bulla Cœna, &c.  
cam

*quoad Seculares.* 37

eam nonnulli extendunt ad  
casus quoscunque siue gene-  
raliter à Iure, siue per specia-  
les sententias ab homine la-  
tas, necnon & nominatim  
denuntiatis, cuiuscunque re-  
servati sint.

41. Non obstante Tri-  
dentino, quod aliud non  
dicit, quàm Papam pro  
tota Ecclesia, & Episcopos  
pro suis Dioccesibus posse  
aliquos atrociores casus re-  
servare, in quibus extra  
mortis articulum Sacerdo-  
tes nihil possint, auctoritate  
scilicet ordinariâ, & nisi à

B 4

Pape

Papa vel Episcopis concessum fuerit. 42. Neque S. Congregationis Declarationibus; tum propter concessionem Pauli 3. & Greg. 13. ac Successorū Confirmationes. Tum quia Regularium privilegium absoluendi à Casibus Ordinario reservatis est insertum juri communi, cuius derogatio fieri debet expressa & specifica.

43. Neque demùm ipsa Bulla Cœnæ D. propter declarationes singulares Pött. Pij. 5. Greg. 13. ac Iulij. 2. &c.

44. Resolutio fit: Confessio

*quoad Seculares.* 39

fessarios nostros legitimè institutos posse absoluere secularès à casibus Papæ, etiã in Bulla Cœnæ vel aliàs Ordinario reseruatìs, cum cautelis tamē talibus. 45. 1. Ut absolutio nō detur nisi præstitâ satisfactione vel cautione sufficienti, iuxta dicta n. 5. 46. 2. nominatim, 47. vel aliàs notoriè excommunicatis absolutio non detur, si res ad forum contentiosum deducta aut probabiliter deducenda sit; ex Patriæ consuetudine, quæ in agendis forma & quasi alterū jus naturale habetur. B5 48.



48. Quantum ad conuersos ab Hæresi, qualescunque illi fuerint, Confessione omninò præmitti debet sufficiens instructio. 49. tum absolui possunt vel in ipsa confessione sacramentali, vel de illorum consensu, publicè, secundùm Declarationem S. Cong. 8. Iun. 1608. Tenetur porro conuersus, si quem auctoritate suâ vel amicitia induxit in errorem hereticum, eum reuocare ad fidem, quantum poterit, vt in praxi singulariter obseruant Ministri. Conuersi, qui suorum errorum

reuo-

quo ad *Seculares.* 41

reuocationes publicant in  
eorum gratiam, quos alias  
peruerterunt.

6. 3. *QUINAM POSSINT*  
*absolui per allegatam*  
*Bullam Pauli 3.*

Q Vanquàm tam ex  
Bulla illa Pauli 3.  
quàm aliorū Pon-  
tificum, possint à nostris ab-  
solui omnes vtriusque sexūs  
am Laici quàm Clerici, *Se-*  
*culares & cuiusuis Ordinis*  
*Regulares, etiā exempti; cum*  
*amen isti ex vi suorum sta-*  
*torum & priuilegiorū pro-*  
hibentur

hibentur, absq; licentia suorum Superiorum absolui nequeunt, maximè à reservatis, etià Iubilæi tempore, secundùm Declarationes Clem. 8. & Urbani 8. §1. Regulares debitè & indistinctè approbati possunt cæteroqui non tantùm in proprijs Ecclesijs & domibus, sed etiam vbilibet in Diocesi, pro qua sunt approbati, confessiones eiusmodi excipere, Parochis licet contradicentibus, cùm sit priuilegiũ personale personã consequens. Imò & extra Diocesi, respectu corũ,

pro

*quoad Sæculares.* 43

pro quorū Dioecesi sunt approbati; respectu verò aliorum intrā Dioecesin tantum in qua receperunt approbationem, absque tamen vlla priorū Episcoporum licentia & approbatione, non obstante quacunque contradictione, per concessiones Alexandri 4. & aliorū. Quando sunt in itinere, possunt in quouis loco, fidelium confessiones audire, etiam quod ibi non fuerint presentati, & per dies aliquot morentur, dummodo nō possint Ordinarij illius loci copiam habere.

B7

52. Re-

52. Refertur abiuratio Hæ-  
relis breuis Latina & Germa-  
nica, in Summula; integra  
fidei professio in Conc. Trid.  
& Constit. Synodalibus.

## ALTARE.

53. **P**ossunt Regulares in  
suis Conuentibus ac  
prædijs habere orato-  
ria, & in his tam ipsi quàm  
Sæculares Sacerdotes dicere  
Missam; ipsi præterea Re-  
gularibus licet celebrare in  
quocunque alio loco hone-  
sto & cõgruenti in altari por-  
tati cum debita reuerentia  
& honore. Greg. 9. *inc. In*  
*his*

*Benedicere.*

45

*his de Priuil. & Paulus 3. Licet debitum. An. 1549.*

**BENEDICERE.**

54. **B**enedicere, seu bonū à Deo precari priuatum licet cuius vtriusque sexûs fidelium tam hominibus quàm rebus alijs, quâcunq; verborum formulâ vel etiâ solo S. Crucis signaculo; præ omnibus autem ijs, qui ratione statûs in Ecclesia præcellunt, Benedictio quâ priuata quâ solennis ac publica conuenit.

55. Benedictiones solennes sunt Ricus quidâ seu formu-

Bs

la

la orationum à Ministris Ecclesie ex eiusdem institutione super personis aut alijs rebus sensibilibus pronunciarī solitæ ad impetrandū hominibus diuinæ gratiæ auxiliū & alia Dei dona.

56. Harum aliæ sunt Inuocatiuæ, quibus à Deo vel rebus vel personis imploratur diuinum auxiliū. Aliæ Constitutiuæ, per quas siue res siue personæ Diuino cultui destinantur. Hinc rursū aliquæ Personales, vt Abbatum, sponzorū, &c. aliquæ rerū, vt vestium Ecclesie, aquæ.

aquæ, olei, &c. quibus aliqua specialis sanctitas ideò impertitur, vt in profanos vsus amplius sine irreuerentia transferri vel applicari nequeant, etiam postquam Benedictionem amiserint; quod fit, quando ita scinduntur aut franguntur, vt amplius priorem figuram nō retineant; ex quo, etiam si reficiantur, denuò benedicendæ sunt. Possunt talia, v. g. orbiculi cerei, quos Agnos Dei dicimus, absque irreuerentia in ignē vel aquam iniici aut adoleri in suffumigationem



ad sedandum incendium vel tempestates, appendi brutis aut in stabulis asseruari; non tamen in agros abijci aut arboribus affigi, &c.

57. Benedictiones aliquæ sunt cū S. Vnctione & propriè consecrationes dicuntur, vti sunt Ecclesiæ, altarium, &c. aliæ verbales tantum & sine vnctione, vt aquæ, salis, &c. Benedictiones solennes, tum cōstitutiuæ cū inuocatiuæ, à solis sunt Episcopis ac Sacerdotibus; quæ cum S. Chrismate, à solis Episcopis consecratis: aliæ consti-

constitutiuæ rerum, licet & ipsæ jure ordinario tantùm Episcopis competant, cùm de jure diuino ordini tali nō conueniant, etiam simplici sacerdoti possunt à S. Pontifice committi & per consuetudinem alijs conuenire.

58. Ita Regulares Prælati eorumque Vicarij & quouis habentes regimen cuiuscunque Monasterij benedicere possunt corporalia, vestimēta, cæteraque ornamenta Ecclesiastica ad cultū diuinum pertinentia, tam sui Monasterij quàm etiam vn-

decun-

ſecunq̄ue ſint, ex indulto  
Leon. 10. necnon Innoc. 8.

59. Non obſtante oracu-  
lorum reuocatione, vel de-  
claratione S. Congregatio-  
nis, ſiquidem id, per confir-  
mationem aliorum poſtmo-  
dum Pontificum vim bulla-  
rem obtinuit, atque per diu-  
turnum uſum ob Epiſcoporū  
raritatem & multiplicem ne-  
ceſſitatem exercitium, ijdem  
grauioribus occupati, hanc  
operam ſuis ſubditis profi-  
ciam libenter permittunt,

60. Inuocatiuæ Benedi-  
ctiones duæ apud nos Capu-  
cinos

*Benedicere.* 31

cinos in vsu sunt singulari, vna in fine Quadragesimalis Ieiunij, quod *Benedictam* vocamus. 61. Altera in festo S. Blasij Episc. & Mart. cuius origo habetur apud Surium 3. Febr.. 62. Formula verò, ex Sacerdotali Romano antiquo, in Summula.

CAPITVLVM.

63. **C**apitulum hîc sumitur, vt est Congregatio Regularium pro aliqua re vel negocio ad Religionis ipsorum statû pertinente, aliud Generale, aliud Pro-

Prouinciale, aliud denique  
 Conuentuale. 64. Genera-  
 le, quod apud nos de sexen-  
 nio in sexenniū celebratur,  
 auctoritatem habet in totū  
 ordinem, pro quo condere  
 valet leges & statuta perpe-  
 tuò valitura, nec non & Pon-  
 tificia Priuilegia limitare, re-  
 stringere vel omninò tolle-  
 re, referuare casus grauiores;  
 nō tamen præcipere aliquid  
 contra jus commune & Re-  
 gulam; benè autem decla-  
 rare, innouare & pœnas ad-  
 iungere. Expediuntur verò  
 hæc, per Ordinis statuta, à  
 P. Ge

P. Ge  
 torib  
 65.  
 tion  
 ciali  
 qua  
 no i  
 fos  
 cep  
 Pro  
 & C  
 pitu  
 gra  
 pta  
 Co  
 fuf

*Capitulum.* 53

P. Generali cum sex Defini-  
toribus.

65. Idem seruatâ propor-  
tione fit in Capitulo Prouin-  
ciali per P. Prouincialem &  
quatuor Definitores ab an-  
no in annum, vel post elap-  
sos menses octodecim; ex-  
ceptis tamen Electionibus  
Prouincialis, Definitorum,  
& Custodū ad Generale Ca-  
pitulum, & causis quibusdā  
gravioribus, qualis est acce-  
ptatio, vel desertio nouorum  
Conuentuum, &c. *De hoc  
fusus V. Electio.*

66. Capitulum Conuen-  
tuale

54 *Casus reseruatus.*

tuale fit ab immediato loci superiore in tribus præcipue casibus. 1. ad eligendos Discretos. 2. capienda vota pro Nouitiis ad professionem. 3. animaduertendas culpas fratrum.

CASVS RESER-  
VATVS.

67. **C**asus Reseruati, iuxta triū Personarum genera, quibus eorum absolutio reseruatur, alii sunt Papales, alii Episcopales, alii Regulares.

S. I. DE

*Casus reservatus.* 55

§. I. DE CASIBVS RE-  
*servatis S. Pontifici.*

68. **P**apales ordinariè fi-  
unt cum censura;  
vnde quicquid à  
culpa mortali vel incurfu cē-  
suræ excusat, vt indelibera-  
tio, vis, necessitas ineuitabi-  
lis, materiæ paruitas, & ig-  
norantia, reservationē quo-  
que tollit in Papalibus. Ho-  
rum alij continentur in Bul-  
la Coenæ D. alij extra illam.
69. Reservati Papæ in Bulla  
Coenæ sunt omnes numero  
viginti, quos fusè declarant  
passim *Casistæ*, compēdiosè  
recenset



56 *Casus reseruat.*

recenset Filliutus, in Compendio.

70. Eius obligatio nunt Ultramontanos afficiat, plures contendunt. 71. Non obligare Germanos ob illius non vsu in foro ciuili, Vir SS. Canonum Professione & Praxi forensi celebris solenni disputatione propugnauit, eius obseruantiam è contra communiter vrgent Iudices ecclesiastici, licet minùs rigide quàm in Italia.

72. Vicunque verò circa hoc sese sæculares habent, Religiosi huius obseruant-

*Casus reservatus.* 57

uantiores esse solent ac debent.

73. Casus extra Bullam Cœnæ reservati Papæ sunt quamplurimi, quorum, Regulares potissimum concernunt seqq. 1. Percussio Clericorum. 2. Simonia in ordine & beneficio. 3. Taxare opiniones de conceptione B. V. Mariæ. 4. Impugnare institutum & Constitutiones Societatis Iesu. 5. Docere Confessionem Sacramentalem per litteras vel internuncium absente Confessario esse licitam. 6. Non servare Decreta

58 *Casus reservatus.*

Decreta lata Prædicatoribus.  
7. Aboluere à casibus Bul-  
læ Cœnæ vel reservatis ordi-  
nario. 8. Administrare Sa-  
cramenta Eucharistiæ, Ex-  
tremæ Vnctionis & Matrimo-  
nii. 9. Conficere libel-  
los famosos vel aliam scrip-  
turam contra ordinem Præ-  
dicatorum vel Minorum.  
10. Subornatio in Electioni-  
bus Regularibus. 11. Vio-  
lare clausuram Regularem.  
Pro quibus consule titulos,  
Absolutio, Electio, Eucharis-  
tia, Prædicatores.

§. 2. DE

*Casus reseruatus. 59*

*§. 2. DE CASIBVS ORDINARIO reseruatis.*

74. **H**Orum triplex differentia statuitur; Quidam enim de Iure seu Generali Ecclesie consuetudine; quidam verò speciali vsu vel consuetudine per statutum vel constitutionē Synodalem ipsis Episcopis reseruari solent, qui semper durant etiam post mortem Episcopi. Alii demum velut ab homine reseruantur, vel generaliter, vt mortuo Episcopo statim cessent; vel specialiter, vt cum quis

60 *Casus reservatus.*

quis per sententiam specialem ab Episcopali Curia excommunicatur cum reservatione absolutionis. Primi generis nullos amplius in usu esse probabile est. Ceteri qui sunt, pendet ex locorum peculiarium notitia, atque Synodalibus statutis.

*§. 3. DE CASIBVS Reservatis Regularium Prelatis.*

75. **C**Asus Regulares ex Decreto Clem. 8. sunt undecim. 1. **Veneficia**, **Incantationes**, **Sor-**

*Casus reseruatus.* 61

Sortilegia. 2. Apostasia à Religionē. 3. Nocturna & furtiua è Conuentu egressio. 4. Proprietas contra votum Paupertatis. 5. Iuramentum falsum in Iudicio Regulari. 6. Procuratio, auxilium seu consilium ad abortum fœtûs animati. 7. Falsificatio manûs aut sigilli Officialiû Conuentûs. 8. Furtum de rebus Monasterij. 9. Lapsus carnis voluntarius opere cõsummatus. 10. Occisio aut vulneratio seu grauis percussio cuiuscunque personæ. 11. Malitiosum impedimentum

62. *Casus reservatus.*

tum aut retardatio, aut aperi-  
tio litterarū à Superioribus  
ad inferiores, & contra.

76. Ut omnes, vel aliqui  
tantum ex eis, vel insuper  
alij referentur, Capitulo  
Generali seu Provinciali re-  
mittitur.

In Ordine no-  
stro omnes illi & soli refer-  
uati sunt. 77. Ad reserva-  
tionem autem requiritur, vt  
fit opus externum, & in ma-  
teria mortali, qualis in furto  
& proprietate censentur 4.  
seu 5. Iulij, siue reales aut ar-  
gentei, quorum quiuis con-  
stat 8. vel 9. nostratibus cri-  
ciferis.

78. Horum

*Casus reservatus.* 63

78. Horum absolutio per-  
mittitur Confessori inferiori  
cum onere pœnitentis præ-  
sentandi se Superioribus: ni-  
si aliter Confessario expedi-  
re visum fuerit, vt onus istud  
in se recipiat, qui præter ali-  
as peccati circumstantias,  
quæ speciem mutant, expli-  
cabit etiam peccati frequen-  
tiam & temporis diuturnita-  
tem, proximas peccandi oc-  
casiones & pœnitentis con-  
ditiones, quæ ad rem faci-  
unt, ita tamen cautè, ne pec-  
cator detegatur.

C

CLAV:



## CLAVSURA.

79. **D**E Clausura Regulæ  
 tri quamplures ex-  
 tât Apostolicæ Cõ-  
 stitutiones, quarum aliquæ  
 Monasteria mulierum, aliæ  
 viroꝝ concernunt. Pro-  
 his sunt 1. Pij 5. *Personarum  
 Regulariũ*: alia, *Decret. Rom.  
 Pont.* item Greg. 13. *Vbi  
 gratia.* Per quos, excom-  
 municationem Papæ reser-  
 uatam incurrunt quæcun-  
 que sceminae ingredientes  
 Monasteria viroꝝ: Reli-  
 giosi verò qui eas ingredi  
 per-

Clausura. 65

permittunt, insuper ipso fa-  
cto, suspensionem à Diuinis,  
& priuationem officiorum  
& inhabilitatem ad illa &  
alia in posterum obtinenda.  
80. In locis iam absolutis  
ubi Guardianus est cum fa-  
milia, & nondum perfecta  
structura, committitur Patri-  
bus designatio terminorum  
Clausuræ, quousque mu-  
lieribus liceat ingressus vel  
transitus.

81. De Monasterijs mulie-  
rum statuit idem Pius. 5. cum  
Trid. in Bulla: *Circa Pasto-  
ralis.* vt non obstante con-  
Cz                    suetu-

suetudine, instituto vel fundatione quæcunque Moniales ad Clausuram compellantur, etiam Tertiariæ cuiuscunque Ordinis, in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ solenne votū emiserint. 82. Et in alia: *Decoris & honestati*. Vetat omnibus egressum, nisi ex causa magni incendij vel infirmitatis, lepræ aut epidimiæ, per Episcopum cognitâ & in scriptis approbatâ, pro tempore necessario. 83. Ingressum verò in ista Monasteria prohibuit Greg. 13. *An. 1175.*

om-

*Clausura.* 67

omnibus etiam mulieribus, sub pœna Excomm. latæ sententiæ, reservatæ S. Pontifici, præterquam in mortis articulo, tam contra introducentes, quàm ingredientes, suspensionis, &c. nisi prius habeatur aliqua necessitas præsens, in qua posse Superiorem tunc licentiam concedit ipse cum Trid.

Harum Constitutionum qualis in Germania nostra sit usus & observantia, videre est apud Layman l. 4. 12. 5. c. 12. 84. Nobis Minoritis ex regula prohibitus est ingressus

C3

ingressus

ingreſſus in Monasteria quacumque Monachorum seu Personarum collegiatarum regularem vitam canonicè profitentium, siue inclufæ sint siue non; quantû ad Clauſtrum & officinas interiores, vbi absque pariete vel crate intermedia Moniales conuenire solent, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia. Vbi autem sine canonica professione conuiunt, vt Lindavij, Sechingæ, &c. ingreſſus in earum Collegia nobis aliter prohibitus non est, quàm si scandalum

*Clausura.* 69

dalum aliquod, vel suspecti  
confortij foret periculum,  
85. Sicut & in Hospitia seu  
domus, vbi Moniales ad  
breue tempus animo non  
inanendi stabiliter, commo-  
rantur. 86. Porro licet plu-  
res afferantur casus, in qui-  
bus specialis illa facultas in-  
grediendi Monasteria dicta  
adesse censeatur, nobis ta-  
men Capucinis vnus in vsu  
est pro Confessione Sacra-  
mentali, quando Confesso-  
res nostri in Monasterijs So-  
rorum Tertij Ordinis, quoru  
nos peculiarem Confessionis

C4

curam

curam habemus, ad fenestellas infirmarij confessiones excipere nequeunt.

87. Ingressui Monasteriorum Sanctimonialiū Bonifacius Papa S. adiungit accessum ad easdem, quem S. insuper Cōgregatio sub mortali interdicit quibuscunque Religiosis sine debita licentia, decreto desuper facto An. 1590.

88. Quod etsi in Germania vsu receptum non sit, apud PP. tamen Iesuitas & Capucinos est in viridi observantia, ab hoc autem eadem

dem S. Congregatio alio decreto An. 1692. 1. Maij eisdē exemit, concedens cum suorum Superiorum facultate scripto expressa, illas accedere. 89. Quam in praxi Provinciales, non alij, penes nos cōcedere solent. 90. Cæteroqui posito in itinere ad Monialium eiusmodi Monasteria diuertere, & si non vocatæ foris hospites ipsæ accedant, colloqui, vetitum non habetur.

### CONFESSARIUS.

91. **P**rælati Regulares cū Ordinariā in sibi subditos



72 Confessarius,

ditos habeant jurisdictionē  
administrandi Sacramentum  
pœnitentiæ, delegare eandē  
possunt, atque etiam debent  
ex decreto Clem. 8. *de cas.  
res.* in singulis domibus de-  
putando duos, aut tres plu-  
tēsue Confessarios pro sub-  
ditorum numero maiori vel  
minori. 92. Quæ deputatio  
ex Generalis nostri Capituli  
1643. statuto spectat ad P.  
Prouincialem ac Definito-  
res, & in casu necessitatis  
Guardianos, eorumque Vi-  
carios per modum prouie-  
sionis, dum P. Prouincialis  
propter

propterea monitus disponat.  
93. Sacerdotibus autē eiusmodi ad Confessiones fratrum excipiendas admissis, aliter huius exercitium nō permittitur quàm pro locis & tempore determinato. 94. Similiter & fratribus, licet liberum sit eligere ex admissis Confessarium, quem voluerint, semel tamē electū absque licentia Superiorum mutare non licet.

95. Possunt verò etiam Inferiores Prælati extraordinariè Jurisdictionem suam delegare vel ex parte sacerdotis dando

dando illi directè Iurisdictionem, vel subditi pœnitentis dando illi facultatē eligendi Confessorem, eiusdē tamen ordinis, & aliàs admissum, ex praxi Religionis. Idem & pro seipsis licet Prælati inferioribus, & in eorum absentia eorum Vicariis. Prælati autem Majores, Ministri & Commissarij Generales ac Prouinciales, qui ius habent instituendi Confessores, prohibitu sibi Confessarium, nostri tamen ordinis, eligere possunt aliàs non deputatū.

Ex ordinatione Generali

1633.

*Confessarius.* 75

1633. Definitores Generales per totam Religionem, Provinciales per Prouinciam, similiter & Custodes per suam Custodiam fratrum Confessiones excipere valent.

96. Si nullus ex Ordine adsit Confessarius idoneus, vt quando fratres in itinere sunt, adsit autem alius extra Ordinem, possunt in casu necessitatis celebrare peccatis mortalibus irretiti non confessi, quasi non habentes copiam Confessoris. Confessario autem ex ordine, idoneo necesse est integrè  
C7.      semper

76 Confessarius.

semper cōfiteri etiā reservata,  
cum ab his absoluedi, pote-  
statem directè, etsi cū onere  
præsentiādi, omnes habeant.

97. Respectu sæcularium  
habent FF. Minores, Priuile-  
gia in iure duplicia. Quædā  
absolute tribuunt potesta-  
tem excipiendi confessiones  
Sæcularium. Quædam pote-  
statem illam magis aut mi-  
nus extendunt vel quo ad  
personas, vel quo ad peccata.

98. Primi generis speciale  
habetur Clem. *Dudum, de  
sepul. in 6.* approbatum ab  
vniuersali Conc. Vienn. quo  
nostra quoque Prouincia  
Heluc-

*Confessarius.* 77

Heluetica vitur, non obstā-  
te contrario aliarum vsu: &  
pro his obtentiā summorum  
Pontificum dispositione.

99. Ita quòd Confessari-  
orum designatio sit penes  
RR, PP. Prouincialem ac De-  
finitores. 100. Approbatio  
autem ex Decreto Trid. Cōc.  
iplos Ordinarios. 101. Tam  
eorum, qui pro alijs iam E-  
piscopatibus approbati sunt  
(sicut quidam sufficere pu-  
tent approbationem vnus  
Diocesis etiam ad alias)  
102. quàm suæ Prouinciæ  
Diocesis. 103. Quæ porrò

C3

neccesarij

78 Confessarius.

necessaria sint illi, qui ad officium Confessionis assumendus est, videatur S. Bonav. *in Apolog. in eos, qui Ordini Minorum aduersantur.* 104. Supposito Generali statuto, vt Confessarii secularium non fiant nisi in Capitulo per Prouincialem cum Definitoribus in Definitorio; posset ipse Prouincialis visitans Prouinciam solus instituere Confessorem secularium.

105. Pro Monialium Confessariis specialiter obseruanda sunt 1. Constitutio Trid. *sess. 23. c. 10. de Regul. vt*  
præter

*Confessarius.* 79

præter ordinarium Confes-  
forem, alius extraordinarius  
illis ab Episcopo & aliis su-  
perioribus bis aut ter in an-  
no offeratur; qui omnium  
Confessiones audiat. Possunt  
autem offerri etiam plures  
vno tam sæculares, quàm  
Regulares, ab Episcopo sibi  
subjectis, similiter & Regula-  
ribus sibi subditis: Moniali-  
um Præfectæ vel Abbatissæ  
nisi de consensu Superiorum  
suorum Confessorem desig-  
nare nequeunt; sed neq; tenentur  
ipsæ Moniales talibus cō-  
fiteri, si velint Ordinario.

C9 2. Greg.



80 Confessarius.

2. Greg. 15. *Inscrutabili*. 1621.  
Vt Cōfessores tam Regulares  
quàm seculares, ordinari vel  
extraordinarij ad Confessio-  
nes Monialium etiam Regu-  
laribus subjectarum appro-  
bationem ab Episcopo Dicc-  
cesano habeant. In quem fi-  
nem PP. Iesuita & Capucini  
specialiter pro Episcopatu  
Constantiensi admissi sunt.

106. Notanda hic deniq;  
differentia Confessarij saecu-  
laris & Regularis, quòd ille  
cum approbatione simul &  
Jurisdictionem ab Episcopo  
in certas Personas accipiat;  
Regu-

Regul  
onem  
tione  
tific  
iuxta  
piscop  
um i  
plic  
ris, l  
mita  
bare  
CO  
107  
plur

Regularis autem approbationem ab Episcopo, Iurisdictionem vero ab ipso S. Pontifice in Personas quascunq; iuxta dicta n. 50. Unde & Episcopi, si Regularem idoneum invenerint, illum simpliciter absque ulla temporis, loci, seu Personarum limitatione indistincte approbare & admittere debent.

CONSTITUTIONES.

107. **D**ifferunt Constitutiones à Regula, quia hæc ut plurimum ab aliquo antiquo Pa-

82 *Constitutiones.*

Patriarcha instituta, à SS. Pötificibus approbata, & in Religione perpetua est: illæ verò à Prælatis seu Capitulis, sepè sine Pötificū auctoritate fiunt & immutantur. A præcepto etiam seu mandato & ordinationibus distinguuntur, quia præcepta & ordinationes Prælati expirant expirante ipsius officio: statuta verò seu constitutiones, quousque reuocentur, seruari debent.

108. Nostræ Constitutiones ad culpā ex se neminem obligant, earū tamen transgressio

*Constitutiones.* 83

gressio peccaminosa fit ex parte operantis: 1. si fiat ex inordinato affectu: 2. negligentia: 3. contemptu; qui si sit formalis, ita quod subditus statutū vel aliud quodcunque Prælati mandatum quantumuis leue transgrediatur non ex ira aut voluptate, sed quia ex intentione non vult obedire, mortale peccatum erit. 109. Cum in dictis nostris Constitutionibus non pauca etiam sint de rebus alijs præceptis jure naturali, diuino aut positiuo, earum transgressio erit cul-

84 Constitutiones.

culpabilis pro qualitate talium  
um præceptorum. 110. Idem  
de Constitut. Clem. 8. *pro*  
*Reformat. Regul.* asserit Le-  
zan. t. 1. 99. *Reg. c. 8. n. 26.*  
& de Constit. Nicol. *Exiit*  
*qui seminat.* & Clem. *Exi-*  
*nit.* P. Politius *in c. 10. Reg.*  
*n. 77.*

III. Constitutiones ac le-  
ges Synodales etiam Episco-  
porum Exempli seruare non  
tenentur; nisi tantum ex de-  
centia & ratione scandali;  
In Concionibus tamen ad  
populum debent se Regula-  
res conformare Euangelij &  
Episto-

Episto-  
culari  
112. S  
intra  
um e  
ad le  
tencer  
n. 4.  
11  
ieiun  
num  
114.  
scand  
um.  
cep  
si ie  
alig  
110

*Constitutiones.* 85

Epistolis, quibus Clerus sa-  
cularis diebus festis utitur.

112. Similiter & saeculares  
intra Monasteria Regulari-  
um exemptorum existentes  
ad leges suae Diocesis non  
tenentur. P. Bassaeus V. *Lex,*  
*n. 4. cum aliis.*

113. Proinde quantum ad  
ieiunium in diebus Rogatio-  
num & Calendarium vetus,

114. Dicendum est secluso  
scandalo nos ad illud ieiuni-  
um, ubi in usu est, nullo prae-  
cepto adstringi; secus esset,  
si ieiunium seu praecipuum  
aliquod vniuersale ad sit, iure  
scilicet

86 *Constitutiones.*

scilicet cōmuni aut scripto  
 aut in consuetudine genera-  
 li vim legis habente funda-  
 tum cunctos Christianos ob-  
 ligans, quorum nihil hīc  
 adest. 115. Quantū ad Ca-  
 lendarium vetus, tametsi  
 Regulares laudem potius  
 mereantur quā vituperiū,  
 obseruando novum Grego-  
 rianum, vbi vetus adhuc in  
 vsu est: absolutè tamen lo-  
 quendo laudabilius est Ec-  
 clesie cuiusque morem vni-  
 formiter cum cæteris fide-  
 libus etiam à Religiosis ob-  
 seruari. c. *Ille. dist. 12.* 116.

Quod si

*Constitutiones.* 87

Quod si hoc nostri facerent  
Willerstadij ( dato quòd  
Conuentus ille secundùm  
antiquum Calendarium alia  
haberet festa & ieiunia ) atq;  
inde forsan venirent Rotten-  
burgum, possent absq; scrupu-  
lo sequi morem ac ritum  
Conuentûs Rottenburgen-  
sis, ac vicissim si quis Rot-  
tenburgo Willerstadium sese  
conferret. Extra Conuentus  
autē deberent sequi morem  
proprij domicilij.

**CVSTOS.**

117. **C**ustodis Officium  
in Ordine Minorū  
est



est 1. per amicos spirituales pro infirmorum necessitatibus, & induendis fratribus curam gerere. *Reg. c. 4.* Deinde convenire in Capitulo Generali cum Ministris pro electione Generalis. *Ibid. c. 3. n. 8.* Ex concessione tamen Nicol. 3. cura illa potest etiam alijs committi. 119. Quot verò Custodes ad Generale Capitulum convenire oporteat, consulenda sunt statuta Ordinis. *c. 8.*

120. Eliguntur Custodes ad Capitulum Generale à toto provinciali Capitulo; aliàs  
à sola

à sola Definitione. 121. Quā  
 porrò facultatem statuta no-  
 stra ijs concedant, videre li-  
 cet *V. Absolutio quoad Fra-*  
*tres. V. Confessarius. V. Lu-*  
*des. V. Prælatus.*

DEFINITORES.

122. **D**efinitores dicun-  
 tur, qui nō solūm  
 consulendo, sed  
 etiam definiendo negotia  
 Ordinis vñā cum Generali  
 seu Prouinciali expediunt,  
 cæteroqui, qua tales, nullam  
 habentes animarum curam.  
 123. Quidam igitur sunt Ge-  
 nerales,

nerales, qui res quascunque totius Ordinis cum P. Generali decidunt, dubia Constitutionū declarant, &c. Quidam Prouinciales, quorum est cum P. Prouinciali eligere Superiores Prouinciæ, disponere fratres per Conuentus, designare Confessarios, instituere studia, &c.

124. Ut validi sint actus, debent à Generali seu Prouinciali ac Definitoribus collegialiter vnitis, non separatim, expediri, nisi propter necessitatem & periculū consensus eiusmodi collegia-

*Definitores.* 91

gialis commodè haberi fortè  
nequeat.

125. Tenentur Definitores  
in consultationibus iuxta  
conscientias suas responde-  
re. 126. In Prælaturarum &  
officiorum distributionibus,  
communem solùm utilitatē  
sancto zelo sine praua pas-  
sione, respicere. 127. Con-  
seruandæ Regulari Discipli-  
næ totis viribus intendere.  
128. Quando maior pars De-  
finitionis aliquid decernit,  
etiā qui dissenserunt, simul  
subscribere. 129. In conclu-  
dendo autem imprimis ipsi  
Defini-

Definitionis Capiti cum reuerentia deferre. 130. Denique secreta eiusdem omni fidelitate sub iuramento tenere, quorū reuelatio quietem religiosam turbare, causare turbas, & similia mala graui poterit.

De his plura *V. Absolutio quoad Fratres. V. Confessarius. V. Index. V. Prælati Regularis.*

### DISCRETVS.

131. **D**iscreti munus principale est in Provinciali Capitulo nomi-

mine illius Conuentûs, à quo electus est, habere suffragium. Quasi accessorium est, deferre ad idem Capitulum errores Prælati, aliaque pertinentia ad eundem Conuentum seu Conuentûs fratres. 132. Eligi proinde debent ij præ cæteris, qui ad ferendum suffragium in eo Capitulo tam actiuè quàm passiuè, ad illas præsertim dignitates & officia, quæ nõ dantur nisi vocalibus ipsius Capituli, vt est Definitorius, magis idonei sunt. 133. Requiritur insuper, vt eligendus

Quis triennium à professione vel vili  
 compleuerit, deinde vt pos- priuata,  
 sit Capitulum accedere pe- ritualis,  
 destet, nisi fuerit actu Defi- pro qua  
 nitor. Modus eligendi & ac ipsi  
 alia huc facientia videantur dentis a  
 in statutis & ordinationibus as, quo  
 generalibus; Et V. *Electio.* est vel  
 Confess

## DISPENSATIO.

134. **D**ispensatio est *alio*  
*cuius iuris alias*  
*obligantis iusta & ratio-*  
*nabilis relaxatio ab autho-*  
*ritatem ad id habente.*

135. *Rationabilem reddunt*  
*Pietas erga Deum, necessitas*  
 vel In vo

*Dispensatio.*

95

vel utilitas communis aut  
priuata, corporalis aut spi-  
ritualis, maior aut minor  
pro qualitate loci, temporis  
ac ipsius rei, vel etiam pru-  
dentis arbitrio. 136. *Facul-  
tas*, quod ad præsens attinet,  
est vel penes Prælatos, vel  
Confessarios, in ordine ad  
fratres vel sæculares. Intra  
ordinem potest esse 1. in le-  
gibus latis à Superioribus  
& extra ordinem, nempe à Pa-  
pa vel Concilio Generali. 2.  
In cēsuris & pœnis ob legis  
transgressionem contractis.  
3. In votis & juramentis. 4.

D

In



96 *Dispensatio.*

In Regula Ordinis. s. In Archiepi  
eiusdem Constitutionibus. ure circ

137. Circa primum est Re- ectos.  
gula 1. Generalis. Nullus in- 139.  
ferior dispensare potest in le- ure co  
gibus latis à Superiore; nisi piscop  
in casibus specialiter vel ge- religio  
neraliter concessis ab eo, qui etur; n  
legem tulit, vel ei æqualis, uospe  
aut Superior est. 140. C

138. Regula 2. Prælati Re- opi, a  
gulares, qui jurisdictionem alares  
habent Episcopale vel qua- unt i. q  
si, quales sunt Generales vel us cor  
Prouinciales, possunt circa dit ta  
sibi subditos omnia, cū sua er cla  
proportione, quæ possunt u spec  
Ar

*Dispensatio.* 97

Archiepiscopi & Episcopi de  
jure circa Clericos ipsis sub-  
iectos.

139. Regula 3. Quicquid  
jure communi prohibetur  
Episcopis, id etiam Prælati  
Religionum interdictū ha-  
betur; nisi ex priuilegio ali-  
quo speciali aliud constet.

140. Casus, in quibus Epi-  
scopi, ad eòque Prælati Re-  
gulares dispensare possunt,  
sunt 1. quando ipsum jus vel  
ius conditor expressè con-  
cedit talem potestatem, vel  
per clausulam generalem,  
aut speciale priuilegium, de

D 2 qui-

98 *Dispensatio.*

quibus passim in isto tractatu. 2. quando adest consuetudo, vt in præceptis Ecclesiæ de ieiunio, esu carniū, officio diuino & similibus. 3. Grauis & magna necessitas vel utilitas subito contingens, ita vt facilè & commodè Superior adiri nequeat. 4. Leuitas & paruitas materiae.

141. Casus in iure specialiter Papæ reseruati, scilicet magis nobis necessarij sunt.

1. Solus Papa definit causas & quæstiones spectantes ad fidem & sacramenta. 2. Ex-

emptio

emptio Episcoporum, Regulariū vel Clericorum. 3. Iudicialis interpretatio privilegiorum Papalium. 4. Mutatio vel dimissio Monasteriorum Ord. Mendicant. *V. Prouincialis.* 5. Institutio nouæ Religionis, vel assumptio noua *Conuentūs* Ord. Mendicant. *V. Monasterium.* 6. Diuisio alicuius Prouinciaz, aut unio duarum in vnam, &c. assumptio noua Capueinis licet ex privilegio Greg. 13. 7. Commutatio aliquorum votorum. *V. Votum.* 8. Dispensatio in

D3                      certis

100 *Dispensatio.*

certis Irregularitatibus. *V. Irregularitas.* 9. Ut quis habeat plura beneficia, Prouincialatus aut Guardianatus. 10. Personam Ecclesiasticam iure suo priuare. 11. A Papa nominatum excommunicatum absolueret. 12. Item a sententia Excommunicationis, Suspensionis vel Interdicti in iure Papæ reseruat. *V. Absolutio. V. Casus reseruat.* 13. Cognoscere in causis appellatione remota. 14. Ut quis habeat plures dignitates aut Personatus etiam sine cura, aut in eadem

Eccle  
sation  
ramen  
rimo  
propri  
142  
dinis  
spensa  
essent  
vim p  
quæ s  
tam  
tioner  
143.  
quo e  
cau  
De qu  
Ec-

*Dispensatio.* 107

Ecclesia. Alia circa dispensationes in pœnis, votis, juramentis, impedimentis matrimonij, &c. videre licet proprijs titulis.

142. Circa Regulam Ordinis Minorum, Prælati dispensare nequeunt in votis essentialibus, præceptis, auge vim præcepti habentibus, quæ singularem & manifestam inducunt deordinationem, si non seruentur.

143. In alijs occurrente aliquo casu particulari possunt ex causa iusta & rationabili. De quibus vid. P. Polit. 113 c.

D 4

10. Regs

102 Dispensatio.

10. Reg. n. 79. Et in hac Sum.  
V. Prouincialis. V. Custos.  
V. Guardianus. 144. Vni-

uersim Prouinciales, & in  
casu necessitatis vrgentis, vel  
materix leuis, &c. de quibus  
n. 140. Guardiani, videntur  
dispensare posse in Regulæ  
præceptis, quæ merè positi-  
ua sunt, nec includunt ali-  
quid ad jus diuinum perti-  
nens; quando ipsi P. Gene-  
rali saltem implicite non re-  
seruantur.

145. Constitutiones no-  
stræ, quantò minus videntur  
obligare, tantò periculosior  
est

*Dispensatio.* 103

est earum non solum transgressio, verum etiam dispensatio, quæ quando sine sufficienti causa fit, nihil differt à transgressione. Cæterò quæ stando in terminis puris Constitutionum, Ministri Generali communicata censetur à Capitulo Generali tota potestas ad dispensandum in Constitutionibus, exceptis illis casibus, quos Capitulum Generale sibi reseruauit. Similiter & Prouincialibus. præter illos, qui vel P. Generali vel toti Capitulo reseruati sunt, de quibus *V. Prouin-*

*Dis* *cialis.*



104      *Dispensatio.*

*cialis.* 146. Prælati autem sicuti cū alijs, ita cū seip[s]is dispensare possunt. 147. Nostri Confessores aliã dispensandi potestatem in Confratres non habent quàm pro foro interno ad vsum sacramentorum. Vid. *V. Absolutio quoad fratres. n. 21.*

148. Cum Sæcularibus dispensandi habentur sequentia Privilegia. 1. Cum Incastuosis ad petendum debitum conjugale, vel qui contraxerunt cum impedimento voti simplicis castitatis, vt possint reddere ac pe-  
tere.

tere, quousque durat matri-  
monium. 2. Cum famulis,  
ancillis & coniugibus Pa-  
trum familias hæreticorum,  
vt possint vesci carnibus, o-  
uis & lacticiniis, quando ij,  
quibus subsunt, negant ci-  
bos quadragesimales. 3. Vt  
in Germania Superiori suis  
pœnitentibus possint per-  
mittere vsum librorum pro-  
hibitorum, modò non sint  
editi ad stabiliēda dogmata  
hæreticorū, vti sunt Biblia  
vulgaria. 4. In impedimēto  
criminis & 4. gradu Con-  
sanguinitatis vel affinitatis,  
D 6 quando

quando separari thoro coniuges sine grandi periculo nequeunt. *De his Vide V. Missio.*

## ELECTIO.

149. **E**lectio est alicuius Persona ad Ecclesia Vacantis Pastoralem dignitatem canonica Vocatio, confirmatione Superioris legitime approbata. Dicitur 1. Pastoralem dignitatem. In hunc enim finem eligendi forma potissimum in iure praescribitur, cum ad alias Dignitates sufficiat quo-

quomodocunq; haberi con-  
 sensu in maioris partis Capi-  
 tularium communiter con-  
 gregatorum. In usu tamen  
 apud nos est ad quascunque  
 electiones. 2. *Canonica vo-*  
*catio:* iuxta formam scili-  
 cet à SS. Canonibus præscri-  
 ptâ, *scrutinij* videlicet *com-*  
*promissi & quasi inspiratio-*  
*nis.* Ita vt electio Prælatorû  
 quorumcunque eo ipso in  
 foro externo habeatur nulla  
 & inualida, si non est seruata  
 forma vna ex dictis tribus.  
 Pro foro interno sufficit cõ-  
 sensus eligentium iure diui-

D7

no

no ac naturali requisitus. Dicitur 3. *Confirmatione approbata.* Vt enim verè sit Prælatus, habeatque exercitium & jus in re, Confirmatio Superioris omninò requiritur. Electores hanc formam non seruantes, licet eligendi potestate ipso jure priuati non sint, sicuti sunt, quando scienter indignum eligunt, pro ea tamen vice per Superioris sententiam priuari merentur, ante latã sententiam reiterare electionem non prohibentur.

150. Electio per *Inspira-*

110-

*tionem* vel quasi, fit, cùm Electores nulla præcedente consultatione, quasi diuini spiritûs impulsu excitati, simul omnes, in vnum repente consentiunt ac simul vnũ nominant & eligunt.

*Per scrutinium* fit *Electio*, cum præsentibus, qui debent, volunt & possunt commodè interesse, tres de Collegio fide digni assumuntur, qui secretè & sigillatim vota & suffragia cunctorum diligenter inquirunt, ac demum in scripturam redacta mox publicè denunciant, & si factâ colla-

De *tionem*

tione omnes vel maior & sanior pars in eum consenserit; nullo alio extraneo actu interiecto electum pronunciant.

Per *Compromissum* celebratur Electio, si capitulum communi consensu, eligendi potestatem viris ad id idoneis committat, vel absolute ac simpliciter eligendi illum, qui eis in Domino magis placuerit; vel limitate, ut votis omnium secreto inquisitis, eum eligant, in quem maior pars Capituli consenserit.

151.  
Electio  
ritur.  
tentes  
gregati,  
interell  
compre  
duos, v  
lunt, si  
venon  
missari  
gularu  
sive vi  
dulas.  
nomen  
que  
Quod

151. Ad essentiam huius  
Electio[n]is Generaliter requi-  
ritur 1. Quòd Compromit-  
tentes sint simul omnes con-  
gregati, qui volunt & debent  
interesse. 2. quòd omnes  
compromittant in vnum, vel  
duos, vel tres, aut quot vo-  
lunt, siue sint de collegio, si-  
ue non. 3. quòd Comprom-  
missarij scrutentur vota sin-  
gularū secretè & sigillatim,  
siue viuâ voce seu per sche-  
dulas, in quibus scribatur  
nomen eius, in quem quis-  
que Elector consentit. 4.  
Quòd eligant illum in quem



major pars Capituli consenserit.

152. Omissio etiam solennitatis per statuta alicuius propriæ Religionis requisitæ Electionem reddit ipso iure nullam. Talis apud nos est, vt electio fiat per vota secreta, mediis schedulis & nunquam publicentur nomina, ac demum coram Capitulo schedulæ crementur.

153. Sunt & aliæ solennitates accidentales, quæ quavis ipso facto non faciant Electionem irritam, si omitantur, possunt tamen red-  
dere

dere in  
oppositi  
in vni  
in sum  
tates,  
cōting  
tur pe  
§. 1

155.

totius  
dibus  
ctis a  
Præfic  
Cardi

dere inualidandam, si fiat oppositio. Quales apud nos in vſu ſint, latè describitur in ſummula. 154. Difficultates, quæ in Electionibus cõtingere poſſunt expediuntur per ſeqq. §§.

§. I. DE CONDITIONIBUS Electorum.

155.

**E**lectiones Generales ſunt à Prouincialibus Miniſtris totius Ordinis atque Cuſtodbis idèò ſingulariter electis à ſingulis Prouinciis, Præſide Eminentiffimo D. Cardinale Protectore, vel eoque

quena

quem S. Pontifex speciatiim deputauerit. Prouinciales à Guardianis eorùmque sociis seu Discretis: His præsidet Prouincialis vsque ad electionem PP. Definitorum, tum Primus Definitorum, quousque novus Prouincialis eligitur, qui deinceps omnibus actibus præest. Definitoriales à Definitoribus. Cõuentuales demum, quibus præfecti sunt Guardiani, à fratribus cuiuscunq̃e Cõuentûs, concurrentibus etiã iis, qui sunt in Hospitijs vicinioribus.

cinioribus  
tionem  
156.  
se liber  
mento  
ne voc  
eligen  
grauite  
cta nu  
cludun  
interdi  
comm  
tùm, q  
cuffore  
minat  
Ante  
quis

senioribus, iuxta determinationem P. Prouincialis.

156. Hi omnes debent esse liberi à censura, impedimento Canonico, Priuatione vocis aut inhabilitate ad eligendum, aliàs peccabunt grauitè, & electio ab illis facta nulla est, & irrita. Excluduntur autem suspensi & interdicti etiam occulti; Excommunicati autem illi tantùm, qui sunt notorij percussores Clericorum, vel nominatim denunciati. 157. Ante Electionem tamen si quis excipiat, reijciendus est

est à Capitulo quicumque  
 Excommunicatus. Si post  
 Electionem fiat exceptio,  
 valida erit electio, & suffra-  
 gium excommunicati com-  
 putabitur, tãquàm si excom-  
 municatus non esset. Quod  
 si Electores omnes essent in-  
 habiles vno excepto, ad illũ  
 solum ius electionis deuol-  
 uitur, qui tamen seipsum e-  
 ligere non posset. Econtra si  
 habiles omnes essent præter  
 vnum, huius inhabilitas ni-  
 hil electioni obesset, nisi so-  
 lum, quando illum cognitũ  
 euidenter vt inhabilem ad  
 eli-

eligen  
 mitter  
 peller  
 tur om  
 enter e  
 158.

menta  
 dictũ  
 fiatre  
 dicetur  
 tiones  
 na ac  
 cõtrah  
 lantur  
 159.

uato  
 Eligen

eligendum voluntariè admitterent, cum possent repellere; quo casu priuarentur omnes, quotquot ita scienter eligunt.

158. Quis possit impedimenta censurarum tollere, dictū est *V. Absolutio quoad fratres* De Irregularitatibus dicetur proprio titulo. Priuationes & aliæ huiusmodi pænæ ac inhabilitates quando cōtrahātur & quomodo tollantur. *V. Pænæ Ecclesiastica.*

159. Communi iure innovato per Trid. arcentur ab Eligendo carentes ordine

Maꝝ

Maiori, qui apud nos admittuntur ex Concessione Pij 5. modò quatuor in Religione annos exegerint, & pedestres (nisi Definitores actu fuerint) adire Capitula possint. Quod si tempore electionis potentes ad itinerandum visi, postmodum equitando Capitulū accesserint, stante causâ rationabili, dispensare cum iis Prouincialis poterit.

160. Electores eligendo indignum peccabunt grauius, eruntque rei omnium insuper peccatorum ab eiusmodi

modi  
sicut &  
preter  
nili ex  
riti fu  
gous  
maio  
Dign  
habe  
etiã  
latur  
agitu  
nend  
pens  
est.  
Etor  
num

modi Prælato commissorū;  
sicut & promouendo dignos  
prætermisiss dignioribus, 161.  
nisi excessus dignitatis & me-  
riti fuerit leuis; vel magis di-  
gnus sit extraneus, vel eum  
maior pars vult eligere. 162.  
Dignior porrò in proposito  
habetur, non qui doctior vel  
etiã sanctior, sed qui ad Præ-  
laturam vel munus de quo  
agitur gubernādum & susti-  
nendum, omnibus ritè per-  
pensis aptior & cōuenientior  
est. 163. Debet autem Ele-  
ctor adhibitâ diligentîâ dig-  
num reputare quemcunque  
non



non indignum cognouerit. Si quem verò sciat fore communitati perniciosum, teneatur eius delicta reuelare, etiam si occulta sint. 164. modò per Confessionem Sacramentalem ea non cognouerit.

*§. 2. DE REQUISITIS  
Eligendorum.*

165. **S**icuti graue delictum est Indignum eligere. 165. sic invalida erit electio, & prouidendi potestas ad proximum superiorem deuoluetur, si eligatur. 1. **Excommunicatus**  
quan-

quantumvis toleratus aut occultus. 2. Suspensus. 3. Interdictus. 4. qui interdictum non seruauit. 5. Irregularis. 6. Spurius aut aliàs illegitimus. 7. Non iustæ ætatis, annorum scilicet 25. ad Prælaturam. 8. Non debitæ litteraturæ. 9. Corpore vitiatus, vt podagrâ continuâ vel paralyti, aut morbo caduco laborantes, &c. 10. Infamis jure seu facto. Denique aliquo alio impedimento ligatus.

167. Si tempore electionis contra quempiam fiat oppositio,

sitio, debet, quantum tempus permiserit, fieri inquisitio, & is, contra quem excipitur, audiri. In dubio, vel etiam certò cognitus inhabilis, ad euitandum scandalum vel grauiora mala, potest admitti cum protestatione, *si E<sup>o</sup> in quantum appareat postmodum eum debuisse admitti.* 168. Opponēs autem quomocunque debet in litteris propriā manu scriptis exprimere singula, quæ intendit obijcere contra vel formam Electionis, vel personas eligentes aut eligendas

genda  
per s  
quod  
oppo  
quem  
appe  
omn  
perin  
fueri  
exclu  
semip  
requ  
conf  
10  
firm  
nefic  
latio

gendas aut electas, & iurare per sacra Dei Evangelia, quod credit esse vera, quæ opponit. Si Superior, ad quem appellatū fuit, pro appellatione iudicet, acta omnia rescindi debebunt, perinde ac si ab initio irrita fuerint. Sufficit autem ad excludendum ab electione semiplena probatio. Plena requiritur, si fuerit electus & confirmatus.

169. Electio, itemq; Confirmatio, & cuiuscunque beneficij præsentatio aut collatio, nulliter facta præter dispen-

dispensationem inhabilitatis, revalidatur per consensum eorum, quibus eligendi, &c. potestas competit, nisi scienter ipsi inhabilem elegerint. Probabile verò etiam est sublatâ per quamcunque potestatem (nisi expressam restrictionem habeat ad usum tantùm sacramentorum) inhabilitate, eo ipso revalidari huiusmodi actus, quando delictum, ob quod irriti fuerunt, est occultum, nec in tertij coelecti præiudicium, beneficium deniq; acceptatũ absq; notitia talis vitij.

170. Inhabilis ad eligendum tenetur, quantum poterit, renunciare; si nihil efficiat, & impedimentū non sit infamatorium valdè, debet illud publicare saltem Prælato in occulto, ne confirmetur. Sin autem ex hoc pateretur infamiam, non tenetur se prodere, potestque acceptare, sed continuò dispensationem, nouamq; officij collationem seu confirmationem procurare secreto debet. 171. Quantumcunque tamen inualida fuerit electio, vel alia quæuis collatio,

latio, gesta eorum valebunt tam in foro conscientiae & sacramenti, quàm contentioso, si titulum habeant ab eo, qui tale officium vel jurisdictionem tribuere potest, secundùm aliquos DD. etiam sine titulo colorato, interueniente tantùm errore communi.

§. 3. *DE PRAEAMBVLIS  
ad Electionem.*

172. **A**D Electiones vocandi sunt omnes, qui debent & volunt & possunt commodè ac legitimè interesse: absentes per

per litteras vel nunciū; præ-  
sentes, vt qui in conuentu  
vel horto sunt. signo regulæ  
vel alio solito. 173. Qui  
commodè venire non pos-  
sunt (quod iudicis arbitrio  
discernitur) vocandi non  
sunt. 174. Non sufficienter  
vocato aliquo eorum, ad  
eius petitionē irritari debet  
electio; valebit, si non con-  
tradicat.

175. Qui ex officio tenetur  
interesse electioni, vt Pro-  
uinciales, Guardiani, Discre-  
ti, &c. voci suæ renunciare  
nequeunt; secus autem qui  
E ratione



ratione tantum juris priuati, nisi cedat in damnū communitatis. Debet autem renunciatio fieri à renunciante expressè, & in loco patente, &c. cui tamen etiam licet reassumere suā vocem, quādiu Superior eam non acceptauerit.

176. Assignato termino ad eligendū, si qui non compareant, vel egrediantur, possunt reliqui, vel vnus etiam solūm residuus ad electionem procedere.

S. 4. DE HIS QVAE COMMOTARI SOLENT Electionem.

177. AD

177.

**A**D legitimum Electionis actum necesse est, ut Electores vota ferant Capitulariter congregati. 178. In loco solito; saltem de congruo. 179. Et in tempore per jus constituto. Iure nostro speciali, quantum Generali, Provinciali vel Guardiano præfigatur, videre licet in Constitutionibus nostris c. 8. 180. Vbi etiam statuitur de subrogandi modo, si contingat aliquem eorum infra tempus officij emori.

181. Quod in Clement.

E 2

Eximio

*Exiui. statuitur pro Minorit-  
tis. si Prouincialis die sequē-  
ti, postquam fuerit congrega-  
tum Capitulum, non eliga-  
tur, eius Prouisio ad Genera-  
lem liberè deuoluatur. 182.  
Intelligendum est, quando  
Electores vel per socordiam  
electionem differunt, vel per  
discordiam spacio 24. hora-  
rum ab ultimo signo ad Pro-  
uincialis electionem dato,  
non absoluunt. 183. Hoc  
immerito quidā ad electio-  
nem etiam Guardianorum,  
Abbatissarum, atque Discre-  
torū extendunt. Pro quibus  
Vide infra. n. 187. 184.*

148. Ad validam electionem quorumcunque Superiorum requiruntur imprimis vota secreta, ita ut Capitula nihil unquam permittant fieri, ex quo publicari possint nomina Eligentium. Vbi tamen tres tantum fuerint vocales, quorum vnus potest eligi, & per consequens, necesse est, ut alter aliorum duorum, qui remanent, det alteri vocem suam, & sic electio secreta esse nequit, censuit S. Congregatio valere, si status Religionis ita permittit. 185. debent insu-

per esse certa, determinata,  
 pura, sincera, gratuita & li-  
 bera. Non alternatiua, v. g.  
 consentio in P. Franciscum  
 vel P. Antonium: Non in-  
 certa, v. g. eligo quem Guar-  
 dianus elegerit: Non condi-  
 tionata, de futuro suspen-  
 dentia actum, v. g. eligo Pe-  
 trum, si maior pars in eum  
 consentiat. Vota non gra-  
 tuita, sed data propter ali-  
 quod munus vel à manu vel  
 à lingua, vel ab obsequio,  
 præter simoniæ labem, red-  
 dunt electionem in re spiri-  
 tuali, vt sunt Beneficia, &c.  
 ipso

ipso iu  
 Iudici  
 186.  
 rat vor  
 certum  
 per eru  
 tiam f  
 nam n  
 non ad  
 vocali  
 quis re  
 ter sus  
 scrutin  
 vel ign  
 nouum  
 talis ite  
 187.

ipſo iure nullā ante omnem  
Iudicis ſententiam.

186. Si quis inutiliter fe-  
rat votum, v. g. eligendo in-  
certum vel incapacem, aut  
per errorem vel etiam mali-  
tiam ſchedam albam in vr-  
nam mittat, &c. habetur pro  
non adiecta, ac ſi de numero  
vocalium non eſſet, ſicuti ſi  
quis renunciaret. Et inutili-  
ter ſuffragans priuatur eo  
ſcrutinio, niſi ſimplicitas  
vel ignorantia excuſet. Ad  
nouum autem ſcrutinium  
talis iterū poteſt ſuffragari.

187. Quòd ſi ſcrutinium

E 4

eādē

eâdem aut alterâ die absolui  
non possit, ob magnum for-  
tè numerum eligentium,  
poterit aliis etiam diebus  
continuatis negotium perfici,  
nisi aliud quid speciatim  
habeatur statutum, prout in  
electione Discreti scrutinia  
vltra sexies repetere non li-  
cet; & in electione Prouin-  
cialis, vt intrâ diem natura-  
lem viginti quatuor horatû  
peragatur, quo casu licebit  
etiam de nocte electionem  
cum sufficienti candelarum  
numero profequi; aliàs non,  
nisi fortè ad euitandam ini-  
mis

mis  
Con  
at ne  
18  
mò  
nuy  
Elec  
(nisi  
vrge  
cius  
vota  
liter  
meru  
dien  
tâ se  
re. n  
fortis

mis longam celebrationem  
Conciliorum, aut alia urge-  
at necessitas.

188. Quotiescunque ne-  
mò sufficientem suffragiorũ  
numerum obtinuit, possunt  
Electores; & ita fieri decet  
(nisi contrariũ suadeat valde  
urgens ratio) ad numerum  
eius, qui plura, quàm alij,  
vota recepit, accedere. Simi-  
liter & si duo æqualem nu-  
merum sortiti sunt, ad expe-  
diendam electionem, muta-  
tâ sententiâ alteri votum da-  
re. 189. Si electio ideò non  
fortiatur effectum, quod ele-

E s

ctus



Stus consentire recusat, vel post consensum renunciat, aut moriatur vel aliàs irritetur, possunt Electores, toties quoties electionem resumere ( si fraus absit ) etiam cum quidam eorum iam abscesserint, quando commodè amplius congregari nequeunt.

*S. 5. DE HIS QUAE  
Electionem conse-  
quuntur.*

190. **E**lectione factâ re-  
nuntur Electores,  
eam præsentare Ele-  
cto, & petere consensum eius  
intra

intra o  
poterit  
spensu  
ficiis  
ctus a  
die pra  
sum e  
per el  
ipso p  
Idem  
dissent  
re per  
piatur  
iniure  
tabile  
cere ne  
aque

intrà octo dies, si commodè poterunt, alioqui sunt suspensi per tres annos à beneficiis ipsius Ecclesiæ. Electus autem intrà mensem à die præsentationis, si cōsensum exprimere differat, iure per electionē acquisito, eo ipso priuatus manet. 191.

Idem peccabit mortaliter dissentiendo 1. si à Superiore per obedientiam præcipiatur, nisi certus sit munus iniunctum ob defectum notabilem se sine peccato exercere non posse. 2. vel alius æquè idoneus non sit, qui

E6

velis

velit ac possit providere salutis animarum. vel 3. per viam illicitam consentire refugiat. si renuat propter ignaviam, peccabit venialiter; si ob humilitatem, meretur.

192. Electus per electionem solum acquirit jus ad Prælaturam, non autem exercitium; quam si ante confirmationem administret, ipso facto priuatus est iure per electionem acquisito. Nostræ tamen Constitutiones concedunt eam administrationem electo Provinciali, modò sit in Prouincia, vsque

que du  
 2. Gen  
 193.  
 firmam  
 riore,  
 vel co  
 prout  
 ordin  
 ac sun  
 firmat  
 tificur  
 firmat  
 ad Ge  
 Gener  
 Discre  
 tur, c  
 tur à G

que dum Confirmationem à  
P. Generali accipiat.

193. Electio omnis con-  
firmanda est à primo Supe-  
riore, nisi aliud jure speciali  
vel consuetudine cautū sit,  
prout hodie omnium ferè  
ordinum Generales statim  
ac sunt electi, remanent con-  
firmati ex diuersorum Pon-  
tificum concessione. Con-  
firmatio Provincialis spectat  
ad Generalem. Custodes ad  
Generale Capitulum, item q;  
Discreti confirmati censentur,  
cum admissi declarantur  
à Generali seu Prouincia.

li Definitione ad actus Capitulares. Nostri Guardiani vno actu eliguntur & confirmantur. Definitores confirmantur ipso facto à Provinciali tanquam Præsidi Capituli, dū post electionem ijs consignat sigillum. 194. Electio præsertim in conformitate facta, confirmata & in possessione posita, cassari nequit, nisi citatis & auditis electis, idque per plenas probationes. In dubio, pro validitate actūs fieri debet interpretatio.

EVCHA-

## EVCHARISTIA.

195. **I**ure communi Regulares, qui Clericis aut Laicis Sacramentum Extremæ Vnctionis vel Eucharistiæ ministrare, matrimoniaûe solennizare absq; Parochi licentia, præsumserint, excommunicationem Papæ reservatam ipso facto incurrunt. Per privilegia, omnibus & singulis Christi fidelibus tam forentibus, quàm in ciuitatibus & locis, in quibus Religiosi consistunt, commorantibus aut

Es

illag

142 *Eucharistia.*

illac transeuntibus, Eucharistia Sacramentum, quod in suis Ecclesijs tenere decenter possunt, quocumque anni tempore, præterquam in festo Paschatis & mortis articulo, nisi vrgeret necessitas, eorundem fidelium, Rectorum licentiã minimè requisitã, ministrare liberè ac licitè valent.

196. Porrò festum Paschatis num ipsa præcisè dies Dominicæ Resurrectionis, an verò Communio Paschalis intelligatur, etiamnum in opinando & praxi diuersitas

fitas  
absq  
nis  
diem  
crant  
post  
tis d  
vel i  
vel  
dun  
Con  
dare  
firm  
re n  
cho  
pos  
exh

stia.

*Eucharistia.* 143

itas est; qui prius volunt, ij  
absque discretionē deuotio-  
nis aut obligationis extra  
diem illum festum hoc Sa-  
cramentum porrigunt; qui  
posterioribus ipso etiam Pascha-  
tis die distribuunt, quando  
vel iam satisfecisse Parochiæ  
vel satisfacturi alio die cre-  
duntur. Posse Religiosos  
Communionem Paschalem  
dare fidelibus, qui pro in-  
firmitate suas Parochias adi-  
re nequeunt, vel à suo Paro-  
cho facultatē petere, modò  
postmodum testimonium  
exhibeant Parocho de infir-

E9

mi-



mitate & communione facta apud Religiosos, docet Suarez: Vagos, peregrinos, & iter agentes putat teneri eã accipere in Parochia, in qua eo tempore inveniuntur; alij pro certo habent, hos posse vbilibet huic præcepto satisfacere.

197. De tempore articuli mortis constat magis, eam communionem tantum interdici Regularibus, quæ fit per modum viatici, non autem alias, quas dare possunt pluries in infirmitate propter deuotionem in locis etiã  
 exteriis.

exteri  
 sam  
 dom  
 rum,  
 vias  
 chus  
 per  
 tam  
 etior  
 19  
 mun  
 raph  
 Prot  
 cio,  
 sus  
 exce  
 seme

exteris, si contingat eos Mis-  
sam facere in oratoriis vel  
domibus priuatis infirmo-  
rum, non tamen publicè per  
vias deferre. 198. Nisi Paro-  
chus absit vel iniuste nolit,  
per se vel aliū administrare,  
tam viaticum quàm S. Un-  
ctionem extremam.

199. Sæpiùs an rarò com-  
municandum, expendit Se-  
raph. D. Bonauentura l. 2. de  
Prot. Relig. c. 77. cuius iudi-  
cio, *Six aliquis ita Religio-  
sus esse videtur & sanctus,  
exceptis Sacerdotibus, quin  
semel in septimana sufficiat*  
et c.

*ei ex consuetudine commu-  
nicare, nisi specialis causa  
quandoque vel ratio infir-  
mitatis, solennitatis, &c.  
plus suadeat.*

## EXEMPTIO.

200. **E**xemptio, à qua  
Regulares exemp-  
ti dicuntur, est li-  
bertas seu liberatio à potesta-  
te ordinarij inferioris à Papa  
cum immediata subiectione  
ad Romanum Pontificem.

201. Iure communi exi-  
muntur à potestate seu lege  
Diocesana, quæ in præstan-  
do seruitia & subsidia tem-  
poralia

poralia consistit; per priuilegia etiam à lege iurisdictionis.

202. Exceptis tamen certis casibus, vt in editione librorum, approbatione Confessariorum, ac iis omnibus, quæ ad ordinem spectant Episcopalem, v. g. Consecratione, petitione Chrismatis, collatione SS. Ordinum. &c.

FORVM.

203. **F**orum hic actum iurisdictionis ac iudicium denotat, atque in *seculare & Ecclesiasticum*

*sticum* diuiditur; istud in *exterius* & *interius*; hoc rursū in *forum conscientia* & *pœnitentiale* quidam distinguūt; quidam pro eodem accipiūt, neutram vocem ad pœnitentiam Sacramentalem arctantes, quod vtriusq; vnus effectus sit, vinculum censuræ coram Deo tollere.

204. Absolutio fori interioris, licet in foro exteriori, etiam peractâ pœnitentiâ, nihil valeat, quin contra ipsum procedi possit, ac si absolutus non fuisset. 205. Non est tamen floccipendenda,

da, cum verè restituat hominem consortio Ecclesiæ, tollat omnes inhabilitates, & si manifesta sit, possit se publicè quòque gerere, ac si nunquam fuisset reus censuræ. Ex æquitate quoque poterit, ac suo modo debebit Iudex, præsertim à sacra Pœnitentiariâ dispensatum, ad matrimonium contrahendū amplius non inquietare. 206. Facultas absoluendi seu dispensandi absque limitatione data valet pro utroque foro. Ad forum conscientie restricta, exerceri potest etiam ex-

150 *Guardianus.*

tra Pœnitentiæ Sacramen-  
tum.

## GUARDIANVS.

207. **D**E Guardianorū  
Delectione, dura-  
tione &c. *Vide*  
*V. Electio.* an possint mutari  
vel etiam spoliari officio. *V.*  
*Prelatus.* 108. Possunt ex-  
iure omnia, quæ pertinent  
ad obseruantiam Regularis  
Disciplinæ & ordinariã suo-  
rum Conuentuum Guberna-  
tionem; itémque rerū tem-  
poralium administrationem  
ad vsum quotidianum neces-  
sariarum,

sariarum, citra tamen recur-  
sum ad pecuniam, nisi vrgē-  
te necessitate & cum expres-  
sa licentia P. Prouincialis,  
quam si commodè habere  
nequeunt, iubentur, de re-  
cursu facto rationem in Vi-  
sitatione reddere. 209. Quā-  
quàm verè Prælati sint, ha-  
bentes curam animarum or-  
dinariam Iurisdictionem ta-  
men instar Parochorum ha-  
bent præcisam, ac determi-  
natam, vt per se ipsos non  
possint nisi tantum minora  
negotia determinare, refe-  
rendo ad Prælatos superiores  
maiora,



maiora, de quibus *V. Absolutio quoad fratres. V. Iudex. V. Prælatus. V. Predicator. V. Dispensatio. V. Constitutiones &c.*

## HABITVS.

210. **L**icet Habitus non faciat Monachum sed Professio & Vita Regularis, illius tamen insignia sunt Priuilegia. Primum, quod illum temere dimittentes vel ita mutantes, quòd amplius cognosci nequeant ( nisi ad breue spacium *v. g. vnius horæ* ) sint **excom-**

excommunicati, sine tamen  
reseruatione.

211. Secundum, quod  
Habitus proprius vnus Re-  
ligionis non possit gestari à  
Religiosis alterius Ordinis.

212. Tertium, quòd sæ-  
culares eo ludibriosè vtentes  
peccent, grauius puniendi.

213. Quartum, quòd in  
eo sepeliri volentes possint  
id facere etiam contradicen-  
tibus Parochis. 214. Et, si  
cum eo decedant, varias lu-  
crantur Indulgentias. 215.  
Sicut & illi, qui eum deoscu-  
lantur.

## IEIUNIUM.

216. **P**Ræceptum Ieiunij duo potissimū includit, *Vnicam in die comestionem & abstinētiā à carne*, quæque ab hac sementinam trahunt originem, uti sunt ova, caseus & lacticia. Ab utroque nos excusat Regula stante necessitate Infirmitatis &c. quæ si non constat vel dubia est, Prælati opus est dispensatione. 217. Extra casum necessitatis tenemur ad ieiunandum duplici Præcepto, Ecclesiæ

clesiæ &  
um qu  
Vigilia  
clesiæ;  
à festo  
vsque  
mini  
rius an  
liam C  
ad, Re  
Ecclesi  
quam  
toretia  
tione  
missæ  
primu  
tigerin

clesiæ & Regulæ. Ad Ieiunium quatuor temporum & Vigiliarum obligat, sola Ecclesia; ad Quadragesimam à festo omnium Sanctorum, vsque ad Natiuitatem Domini & ferias sextas totius anni, sola Regula; ad aliam Quadragesimam vsque ad Resurrectionem Domini, Ecclesia simul & Regula, ad quam proinde adstringuntur etiam Iuniores fratres ratione voti & Regulæ promissæ, licet annum vigesimum primum ætatis nec dum attigerint.

218. In vsu ouorum & lactiniorū, ultra quod communis Doctrina tenet sequi posse communem Regionis consuetudinem, Greg. 13. P. nostræ Prouinciæ concessit ac dispensauit iuxta morem aliorum Religiosorum in his partibus. Veruntamen tantā libertatem Prouincia nostra nunquam exercuit, sed vt Seraph. nostro Patriarchæ, eiusque primis Discipulis, cum omnimodè non valeret, pro posse se conformaret, quoniam butyro & lacte prorsus ca-

tere

tere no  
olei, n  
parabi  
quant  
vt cal  
solidie  
abstin  
quide  
nioru  
in Qu  
tem t  
Conu  
sit ex  
præce  
cibi p  
propo  
quidp

ere non possumus, defectu  
olei, non nisi pecunia com-  
parabilis, eius tamen vsum,  
quantum potuit restrinxit,  
vt caseo saltem, tanquam  
solidioris nutrimenti cibo  
abstineret in Conuentibus  
quidem quacunque die ieiu-  
niorum, extra verò saltem  
in Quadragesima; ouis au-  
tem tam intrà quàm extra  
Conuentus siue ieiunium  
sit ex Regulæ siue Ecclesiæ  
præcepto, nisi in quantum  
cibi pro eleemosyna dati vel  
propositi loco condimentū  
quidpiam admixtū habent.

219. Ieiunij dispensatio cum ad forum exterius spectet, de jure per Confessarios fieri non valet; ex privilegio tamen dispensare possunt ad Confessionem Sæculariū admissi, cū pueris Catholicis, famulis, ancillis & coniugibus Patrumfamilias ac hæreticorum, vt possint vesci carnibus, ouis & lacticinijs sine scrupulo, quando ijs, quibus subsunt, negant cibos quadragesimales. Item cum ijs, qui ad ieiunandum totam Quadragesimam in partibus Germaniæ superioris

tis add  
cassione  
ni, & u  
Ordin  
sius V  
profen

IN

220.

que  
Ordin  
rum, r  
sis, ga  
1.  
cuique

*Indulgentia.* 159

dispen  
exten  
Conf  
ex priv  
re poss  
Secul  
s Car  
s & con  
nitas  
possib  
& laic  
quon  
neg  
males  
rejuv  
refir  
ia  
tis adduci non possunt, oc-  
casione tamen alicuius bo-  
ni, & ut habeatur consensus  
Ordinatij seu Prælati vel ip-  
sius Vicarij, saltem semel  
pro semper.

INDVLGENTIA.

220. **I**uxta Cōstitutionem  
Pauli. omnes & sin-  
guli Religiosi vtrius-  
que sexûs quorumcunque  
Ordinum sequentibus ran-  
tùm, reuocatis alijs conce-  
sis, gaudent Indulgentijs.

1. Indulgentia plenaria  
cuique fidei Christiano sus-  
cipi-



cipienti habitum approbatæ Religionis, cum animo profitendi, si suscipiat confessus, & S. Communione refectus.

2. Indulgentia plenaria cuius Nouitio profitenti, si sit confessus & S. Communione refectus.

3. Quiuis Religiosus degens intra Clausuram in festo principali sui ordinis confessus & S. Communione refectus vel Missam celebras, rogans pro concordia Principum Christianorum, extirpatione hæresum, exaltatione Ecclesiæ & salute S.

Pon-

Pontificis, lucratur Indulgentiam plenariam. Festum autem principale Ordinis videtur festum Fundatoris Ordinis canonizati, vel quod pro tali declaratum fuerit.

4. Quiuis Religiosus in articulo mortis verè pœnitens, confessus & communicatus, & si hoc fieri nequeat, cōtritus, pronuncians & inuocans ore, vel si ore non possit, mente, nomen IESV, lucratur Indulgentias plenarias.

5. Indulgentia plenaria

F 2

&

162 *Indulgentia.*

& remissio omnium peccatorum cuius Religioso, qui per decem dies segregatus à negotijs se collegerit ad aliquod cubiculum, vel se segregauerit à conuersatione aliorum, ibique intenderit lectioni librorum spiritualium & cæterorum ad deuotionem excitantium: Et cõsiderauerit sæpè mysteria fidei, diuina beneficia, quatuor nouissima, Passionem Domini: similiaque exercitia spiritualia fecerit; Et simul fecerit, intrà idem tempus, confessionem generalem

lem  
ord  
strã  
rit.  
quo  
dul  
6.  
prin  
bra  
S.  
eam  
ind  
7  
uen  
sua  
ora  
pra

gentia.

*Indulgentia.* 763

lem totius vitæ vel anni vel ordinariam & S. Eucharistiã receperit, vel celebrauerit. Et hæc omnia toties quoties fecerit, lucratur Indulgentiam plenariam.

6. Sacerdos Religiosus primam suam Missam celebrans & Religiosi confessi & S. Communionem muniam audientes, lucrantur Indulgentiam plenariam.

7. Quis Religiosus uiuens in Clausura, uisitans suam propriam Ecclesiam & orans in illa deuotè pro supradictis in 3. Ind. lucratur

F3      Oms

164 *Indulgentia.*

omnes Indulgentias concessas visitantibus Ecclesias, intra vel extra muros Romæ in die Stationum, ac si ipse illas visitaret.

8. Quis Religiosus vivens in Clausura, dicens quinquies Pater noster & Ave Maria, coram altari suæ Ecclesiæ singulis diebus, lucratur quinque annos Indulg. & quinque Quarantenas.

9. Eandem Indulg. lucratur, qui de licentia Superiorum iter facit, vel est extra Clausuram, sicut Lectores

res

*Indulgentia.* 165

res & Prædicatores, si proxime dictum faciant coram altari alicuius Ecclesiæ.

10. Religiosi qui per spacium mensis vnus singulis diebus habuerint mediam horam orationis mentalis, & confessi receperint Eucharistiam in vltima Dominica eiusdem mensis, lucrantur 60. annos Indulg. & totidem Quarantenas.

11. Qui in Capitulis accusauerint suas culpas, imperfectiones & peccata contriti & communicati, & habuerint exercitia virtutum,

166 *Indulgentia.*

lucrantur 3. annos Indulg. &  
totidem Quarantenas.

12. Religiosus missus à Pa-  
pa vel legitimo Superiore ad  
terras Inidelium vel Hæreti-  
corum, prædicandi gratiâ,  
vel ad docendum ibi Catho-  
licos vel Hæreticos conuer-  
tendos vel Infideles redu-  
cendos; si ad prædictum fi-  
nem fuerit confessus & S.  
Communione refectus, lu-  
cratur Ind. plen. per duas vi-  
ces distinctas, 1. quando re-  
cipit Sacramenta ad illum  
finem. 2. quando ingredi-  
tur Prouinciam, ad quam  
mittitur.

13.

*Indulgentia.* 167

13. Quando Superior in  
Visitatione Generali, pro  
meliori successu visitationis  
voluerit instituire solitas  
40. horas Orationis, singuli  
Religiosi, qui durante spa-  
cio prædictarum 40. horarū,  
ad minus habuerint duas  
horas orationis diuersis etiā  
temporibus per interualla,  
rogando deuotè pro concor-  
dia Principum Christiano-  
rum, extirpatione hæresum,  
exaltatione fidei, salute Pa-  
pæ & augmento Regularis  
disciplinæ, cōfessi & S. Com-  
munionem refecti, lucrantur

Fs Indulg.



168 *Indulgentia.*

Indulg. plen. & remissionem  
peccatorum.

221. Cæteras omnes In-  
dulgentias Regularibus con-  
cessas licet, vt dictum, Pau-  
lus 5. annullauerit, easdem  
tamen reualidasse refertur  
idem, & insuper Greg. 15. ac  
tandem Vrbanus 8. confir-  
mans omnes Indulgentias  
& gratias per suos Prædeces-  
sores Ordini SS. Trinitatis  
( & per communicationem  
etiam fratribus Minoribus;  
ac speciatim Capucinis ) cõ-  
cessas, in qua confirmatione  
continentur etiam Indul-  
gentias

genti  
Orbi  
mero  
nus q  
Indul  
bentur  
lares  
lissim  
ad nõ  
222.  
Indulg  
possun  
quàm  
licenti  
perioru  
do alta  
rum lo

*Indulgentia.* 169

*Indulgentia* Stationum Urbis &  
Orbis, quæ sunt absque nu-  
mero: Romæ quidem ad mi-  
nus quotidie in tribus locis  
*Indulgentia* plænariæ ha-  
bentur, quas ita etiam Regu-  
lares lucrari posse probabi-  
lissimum est, quicquid alij  
ad nō plenarias restringant.  
222. Porrò supradictas  
*Indulgentias* omnes lucrari  
possunt Religiosi, tam intrà,  
quàm extra Claustra, cum  
sua tamen suorum Su-  
periorum, existentes, visitā-  
tione altaria Ecclesiarum illo-  
rum locorum, in quibus

170 *Indulgentia.*

commorantur, siue per modum itineris, siue per modum status. Infirmi autem & decrepiti, qui non possunt Ecclesiam adire, possunt eas cōsequi in lectulo suo, dummodò agant aliquod opus primum arbitrio Confessarij.

Recitantes in quocunque loco quinquies Pater noster, cum Ave Maria, & in fine cuiuslibet Gloria Patri, & pro Sanctitate sua, vnū Pater noster, cum Ave Maria, similiter cum Gloria Patri, lucrantur Stationes, Indulgentias & remissiones tam  
Vrbis,

Vrbis,  
culæ si  
IVBI  
quem,  
es, qu  
fert  
de

Ave  
S  
Mater  
Fau  
Rubic  
Lil  
Omni  
Omni  
In co

*Indulgentia.* 171

Urbis, quàm etiam Portiunculæ siue Hierusalem, &c.

*IVBILVS MARIANVS*  
quem, qui recitauerit, toties,  
quoties ( *Si quorundam*  
*fert relatio* ) lucratur *Indulgentias plenas.*

**A** Ve Virgo gloriosa,  
Stella Sole clarior:  
Mater Dei gratiosa,  
Fauo mellis dulcior:  
Rubicunda plus quàm Rosa,  
Lilio candidior:  
Omnis Virtus te decorat,  
Omnis Sanctus te honorat,  
In cœlo sublimior Amen.

F 7

223. Post

172 *Indulgentia.*

223. Post dictam Reuocationem, de nouo rursus concessæ sunt Indulg. plenariæ Religiosis recitantibus *Coronam B. V. Mariæ, vel Coronam Domini* 33. *Pater noster* & 5. *Aue Maria* aut *Psalmos Pœnitentiales, vel Graduales, vel Officiũ Defunctorum.* Vel si sunt infirmi vel decrepiti, dicentibus *Psalmum Miserere* aut *Canticum B. V. aut Hymnum Aue maris stella.* 224. Similiter etiam recitantibus ter *Aue Maria,* cum tribus illis antiphonis *Angelus Domini* & c. ad tria signa

signa  
tiz p  
Alia  
Defe  
fit  
Indu  
pus  
tate,  
& in  
in g  
& c  
antè  
pecc  
vi d  
mu  
gen  
esto  
com

*Indulgentia.* 173

signa Campanæ, Indulgentiæ plenariæ concessæ sunt: Aliæ insuper orantibus pro Defunctis, dum eum in finē fit pulsatio. Sciendum ad Indulgentias lucrandas, opus non esse actuali voluntate, sed sufficere habitualē & interpretatiuam, & ut fiat in gratia. Qui confessus est & communicauit quatuor antè diebus, & de nouo non peccauit mortaliter, potest vi dictæ Cōfessionis & Communionis obtinere Indulgentiam postea concessam, esto non direxerit illas ad eā comparandam. 225.

174 Indulgentia.

225. Illæ porrò, quæ con-  
ceduntur visitantibus no-  
stras Ecclesias, extenduntur  
etiam ad oratoria seu sacella  
sive amovibilia, sive occulta  
sunt. *Sic. V. Privilegium,*  
*n. 411.* 226. Decedente ali-  
quo fratre seu aliquo ex pa-  
rentibus alicuius fratris, vel  
aliquo habente litteras fra-  
ternitatis, vel qui fratres ad  
hospitium recipiunt, possunt  
fratres Ordin. Mendic. ubi  
vna ex talibus personis de-  
cesserit, Missam vnã cele-  
brare pro anima dictæ per-  
sonæ defunctæ, quæ illam  
libe-

Indulgentia: 175

liberet à poena Purgatorij,  
227. Concessit Paulus P. 5.  
in tribus Ecclesijs cuiuslibet  
Provincia Capucinorū tam  
erectis, quam in futurum  
erigenda, tria altaria privi-  
legiata per Superiores Ordi-  
nis designanda, ad qua quo-  
viscunque Sacerdos aliquis  
eiusdem Ordinis Missam De-  
functorum pro anima cuius-  
cunque fidelis, qua Deo in  
charitate coniuncta ab hac  
luce migraverit, celebrabit,  
anima de Thesuro Ecclesie,  
per modum suffragij Indul-  
gentiam consequatur, quā

Et

admittit



176 Indulgentia.

adiuta ex Purgatorij pœnis  
ad aeternam salutem per Dei  
misericordiam perducì vale-  
at, &c. & hoc in perpetuũ.  
228. Idem, sed ad septenniũ  
duntaxat concessit moder-  
nus Pontifex Alexander 7.  
omnibus & singulis Ecclesijs  
Helueticae nostrae Capucino-  
rum Prouincia, quandocunque  
Sacerdos aliquis in altari  
maiori, simili priuilegio mi-  
nimè decorato, dictarũ Ec-  
clesiarum ( dummodo in his  
septem quotidie Missa cele-  
brentur ) dixerit Missam De-  
functorum in die Commem-  
rationis

*Indulgentia.* 177

*rationis omnium fidelium  
Defunctorum. Et singulis  
diebus infra illius octauam  
ac feria secunda cuiuslibet  
hebdomadae. 229. Quod in  
isto priuilegio præscribitur:  
dummodo in qualibet dicta-  
rum Ecclesiarum septem quo-  
tidie Missæ celebrentur &c.  
Intellige, saluâ necessitate,  
vel aliâ iustâ causâ interue-  
niente, ob quam quandoq;  
tot Missas vno die fieri non  
cõtingat. Sufficit septẽ in illis  
positos esse Sacerdotes, qui  
communiter ibi celebrent.  
230. Nihil etiam obstat ali-  
ud*

178 *Indulgentia.*

ud quoq; pro Defunctis, v. g. certæ alicuius Confraternitatis vel Ordinis, ibi extare privilegiū; cū dissimilia sint valdè, privilegiū datū generatim pro animabus quibuscunque, & privilegiū pro animabus certæ alicuius Confraternitatis vel Ordinis. 231. Porrò septennium illud privilegio determinatū incipit, non à die concessionis vel impetratæ gratiæ, sed publicationis ipsius in singulis locis. 232. De necessitate autem requiritur dicere *Missam Defunctorum* sive *Requiem*. 233. Debet etiam

celeb  
gere  
man  
cerit  
appli  
fit, p  
234.  
dat e  
muni  
quæ  
spirir  
genti  
quam  
re po  
les pr  
Prou  
cia,

celebrans intentionem diri-  
gere in determinatam ani-  
mam. Non malè tamen fe-  
cerit conditionatè pluribus  
applicans, vt si vni non pro-  
fit, proficit alteri.

234. Ad Indulgentias spe-  
ctat etiã priuilegium com-  
municandi Benefactoribus  
quæcunque Ordinis Bona  
spiritualia, suffragia, Indul-  
gentias, orationes, &c. 235.  
quam participationem face-  
re possunt tam Prælati loca-  
les pro suo Conuentu, quàm  
Prouincialis pro sua Provin-  
cia, ac Generalis pro tota  
Religione.

180 *Indulgentia.*

Religione, cum omnes isti  
sint capita Communitatis,  
habeantque dominium su-  
per actiones suorum subdi-  
torū, nō minū quam bono-  
rū temporaliū, vt ea ex cha-  
ritate alijs communicent.  
236. Ista participatione, cum  
detur intuitu beneficiorum,  
gaudebūt eōsque tantum,  
quo Benefactores Ordinis,  
saltem bene loquendo si ali-  
ter nequeant, fuerint; nisi  
Prælatus ex mera charitate  
velit quem ad illam admit-  
tere. *De Indulgentiis plura*  
*V. Officiū Din. V. Privilegiū.*  
*V. Visitator.* IRRE-

IR  
237.  
bilis  
endo  
dos.  
que  
tifici  
tum  
casus  
speci  
tur.  
mus  
dime

IRREGVLARI-  
TAS.

237. **I**rregularitas est *Im-  
pedimentum Canoni-  
cum, quo quis inha-  
bilis est ad Ordines suscipi-  
endos, vel susceptos exercen-  
dos.* 238. quæ solo jure, eó-  
que vniuersali tantum Pon-  
tificio imponitur. 239. atq;  
tum solū incurritur, quando  
casus in jure expressus ac  
specificè nominatus habe-  
tur. 240. Effectus illius pri-  
mus ac primarius est impe-  
dimentum suscipiendi ac  
exequen-

181 Irregularitas.

exequendi Sacramentū ordinis ex toto vel ex parte. 241. seu actus proprios ordinatis. 242. solenniter cum illis cæremonijs & vestibus, quæ illis ex officio & ordine competunt. 243. vti sunt sacramentaliter absoluerè à peccatis, ministrare ex officio aliquod Sacramentum, facere officium Hebdomadarij, dicere *Dominus vobiscum*, benedicere aquam, &c. 244. Ex hoc alius nascitur, & beneficium respicit ipsi ordini annexum; Irregularis enim sicut est inhabilis ad

*Irregularitas.* 183

ad ordines & eorum usum,  
sic est & ad Beneficiū, quod  
datur propter officium Cle-  
ricale. Etsi verò mortaliter  
peccet Irregularis utroque  
casu, scilicet in ordine susci-  
piendo vel administrando,  
& in recipiendo Beneficiū,  
validè tamen ambo facit.  
245. etiā administrando Sa-  
cramentum Pœnitentiæ, nisi  
nominatim fuerit denuncia-  
tus, cum quo pœnitens sci-  
enter communicans ipse sibi  
poneret obicem gratiæ. 246.  
Irregularitas oritur ex dupli-  
ci defectu, *inculpabili & cul-  
pabili*



184 Irregularitas.

*pabili seu delicto.* Primi generis Irregularitas est ex defectu Sacramenti, seu *Bigamia*, eaque triplici. 1. *Vera*, cum quis plures simul aut successiuè habuit vxores. 2. *Interpretatina*, cum duxit ab altero corruptam, si scit fuisse corruptam, aut id sit notorium. 3. *Similitudinaria*, si quis ordine sacro aut voto solenni Religionis adstrictus, cum aliqua licet virgine matrimonium etiam inualidè contrahit & consummat.

Secunda est ex defectu corporis,

*Irregularitas.* 185

*poris*, quo laborant. 1. Illegitimi, nisi per subsequens matrimoniū legitimetur. 2. Qui absque culpa propria amisit membrum, quod impedit vsum & exercitiū congruum ordinis, vel certè notabilem deformitatem aut horrorem gignit. 3. qui necdum attigère legitimam ætatem. 4. Infirmi, notabiliter deformes & ad executionem ordinis inhabiles. 5. Serui, obligati ad ratiocinia, curiales, vxorati, qui non sunt liberi.

Tertia est ex defectu ani-  
ma

186 Irregularitas.

ma 1. sufficientis litteraturarum. 2. Iudicij.

247. Quarta est ex defectu perfecta leuitatis, quam incurrit, qui iam baptizatus hominem licitè deformat, hoc est, occidit aut mutilat aut propinquam causam ad id præstat, in casu tantùm administrationis siue executionis Iustitiæ publicæ.

248. Non aliàs. 249. nisi in bello iusto offensiuo mutilent vel occidant, aut aliis in hac re propinquè coope-  
rentur. Sunt enim & hi publicæ Iustitiæ Ministri. Secus  
quando

*Irregularitas.* 187

quando dum aliqui occiduntur, tantum assistunt, aut eos citra deformitatem vulnerant vel exhortantur in bello iusto, milites, ut strenue se gerant, &c.

250. Secundum genus Irregularitatis provenit ex quintuplici delicto. Primum est; cum quis post baptismum viuum hominem illicitè & cum culpa mortali occidit aut mutilat, dando etiam ad id causam propinquam, ut consulendo, hortando, mandando, nisi antequam executioni detur, mandatum

mandatum reuocet. Si quis non intendat mortem, nec applicet causam de se efficacem ad mortem, sed potius excludat, & tamen aliquid faciat vel consulat, vnde sequatur mors, erit quidem homicida casualis, non tamen irregularis, quando in hoc nō peccauit mortaliter.

Delictum 2. est malè suscipere ordines in duplici casu. 1. si furtiuè ordinetur, hoc est, nec examinatus nec admissus, vel quando quis facit, vt alius examine- tur, & ipse loco illius & no- mine

mine  
duran  
non c  
ordin  
Del  
furas  
do vel  
cuius  
lenni  
Del  
mum,  
tit se,  
aut pl  
quoad  
suscip  
Del  
aut fac

*Irregularitas.* 189

mine suscipit ordines. 2. si durante matrimonio etiam non consummato præsumit ordines suscipere.

Delictum 3. est violare censure Ecclesiasticas celebrando vel exercendo actum alicuius ordinis proprium, solenniter & quasi ex officio.

Delictum 4. Iterare baptismum, quando quis permittit se, rebaptizari, vel ipse bis aut pluries baptizat, saltem quoad maiores ordines non suscipiendos.

Delictum 5. Infamia Iuris aut facti.

190 Irregularitas.

251. Irregularitas vniversim tollitur tribus modis: per *Baptismum*, *Professionē Religionis*, & per *Dispensationem*.

252. Aliquando etiam per se cessat, vt si evadat sanus, ætatis legitimæ &c. 253. *Baptismus* tollit omnem Irregularitatem præter eam, quæ ex Matrimonio provenit, ac defectibus etiam post baptismum remanentibus.

254. *Professio Religionis* eam solum tollit, quæ est ex defectu natalium quoad SS. ordines, non autem quoad  
Præla-

*Irregularitas.* 191

Prelaturas & officia Ordinis.

255. In Irregularitatibus ordinario Iure solus Papa potest ac solet in his, quæ Iure humano contrahuntur, dispensare, in quibusdam tamen valdè rarò & non sine difficultate magna videlicet in irregularitate Bigamiæ, præsertim vere ac propriè dictæ, ex homicidio voluntario & illicito ac notorio, & in ea quæ est ex corporis defectu, si magna deformitas appareat & in populo Christiano generare possit scandalum, si talis ad alta-

G ris



192 *Irregularitas.*

ris ministerium admittatur.

256. Ex commissione ipso  
jure factâ per Trid. dispensa-  
re possunt Episcopi pro utro-  
que foro, in omnibus Irre-  
gularitatibus prouenienti-  
bus ex delicto, necdum de-  
ductis ad forum contentio-  
sum (addunt graues aliqui  
DD. etiam illam, quæ est  
absque delicto, ex defectu  
perfectæ lenitatis, aut nata-  
lium, dummodo de adulte-  
rio, incestu aut Regularibus  
non fuerint procreati, quoad  
aliquos ordines aut quoad  
illorum usum) excepto homicidio

*Irregularitas.* 195

homicidio voluntario etiam occulto. 257. Homicidium tamen omninò occultum, ita quod nullis testibus comprobari, neque aliter quàm per propriam confessionem sciri potest, vel nullà inducere Irregularitatē, vel saltem non reservatam Papæ, sed ab Episcopo dispensabilem, probabilissimum est: quin etiam in homicidio occulto & probabili dispensare posse Episcopum urgente necessitate scandalì vel aliâ, ac recurso difficili ad Papam, ut ministret in

G 2                      ordi-

194 Irregularitas.

ordinibus susceptis, magnā  
habet probabilitatem.

258. Idipsum jure com-  
muni erga suos possunt Præ-  
lati Regulares maiores, uti  
sunt Generalis & Prouincia-  
lis. 259. Ex priuilegiis au-  
tem dispensare possunt pro-  
foro tam externo quàm in-  
terno, cum subditis & non  
subditis eiusdem tamen or-  
dinis, quando ad eos decli-  
nant, in omni Irregularita-  
te, saltem non proueniente  
ex Bigamia, mutilatione  
membrorum, vel homicidio  
voluntario.

260.

*Irregularitas.* 195

260. Respectu Sæcularium  
gaudent in primis eâdem fa-  
cultate quâ Episcopi, ita ut  
quicquid jure communi po-  
test Episcopus super Irregu-  
laritatû dispensatione, pos-  
sit & Confessarius Regula-  
ris, dummodo super his non  
fuerit sententia lata, quia  
tunc requiritur dispensatio  
solennis, quæ Regulari Con-  
fessario non conceditur. *Vi-*  
*de V. Missio. Insuper proma-*  
*teria tota V. Absolutio quoad*  
*ad ff. n. 21. V. Dispensatio.*  
*V. Occultum. V. Poena.*

G3

IV

## I V D E X.

261. **I**ndex alius est *Ordinarius*, qui ex officio seu dignitate, quam per electionem & Superioris confirmationem obtinet, iudicandi potestatem habet. Alius *Delegatus*, qui non ex proprio jure vel officio, sed ex alterius mandato & commissione auctoritatem habet.

262. Inter *Ordinarios Regulares* intra Ordinem (extra seu supra Ordinem sunt *D. Card. Protector*, *S. Congregatio*,

gregatio, & super omnes S. Pontifex) Primus & Supremus est, Capitulum Generale. 2. Generalis. 3. Capitulum Prouinciale 4. Prouincialis. 5. Guardianus & Superiores cuiuslibet Conuentus. Ad hos reducuntur Commissarius seu Visitator Generalis & Prouincialis & Vicarij, qui post obitum eorundem illis in officijs succedunt: necnon & Procurator Curiae. 263. His exceptis, nulli aut Legati, aut Vicelegati aut Nuncij Apostolici, aut locorum Ordinarij

aut Ecclesiastici, multò mi-  
nùs Sæculares Iudices, quo-  
cunque nomine vocentur,  
nisi specialem ab Apostolica  
Sede Commissionem acce-  
perint, Regulares iudicàre  
aut illorum appellationes  
recipere debent.

264. Iudices *Delegati* sunt  
Visitatores à Generali ad  
aliquã Prouinciam visitan-  
dam destinati. Commissarij  
Prouinciales, Prouinciali vel  
absente vel infirmo. Custo-  
des quoque Guardiani ac  
Vicarij locorum absentibus  
Guardianis, in casu aliquo  
vrgen-

urgente, vbi periculum est in  
 mora, neque Prouincialis  
 aut Custodis præsentia ha-  
 beri potest, tanquã Prouin-  
 cialium Delegati, crimina  
 etiam grauiora & grauissi-  
 ma cognoscere, Informatio-  
 nes sumere, processum in-  
 formatiuum instituire & de  
 consilio Seniorum illius lo-  
 ci, vbi rei fuga timeretur, ad  
 custodiam in carcerem mit-  
 tere possunt; debent autem  
 super his continuò Superio-  
 res certos reddere, & eorum  
 expectare mandatum. 265.

*Grauiora crimina habentur,*

Gj

famam



famam alterius grauiter lædere, dicere falsum testimonium in iudicio, & his similia. *Gravissima*, subornatio in Electionibus, fornicatio, &c. de quibus iudicare spectat ad Generales & Prouinciales tantum ac eorum delegatos. 266. In *leuius* seu quotidianis defectibus loquacitatis v. g. tardè ad Chorum venire, &c. necnon & *grauibus*, qualia habentur S. Communionem seu Missæ celebrationē frequentius omittere, frangere leuium, &c. etiam Guardiani, Superioris

Superiores Hospitiorum eorumque Vicarij, sine tamen strepitu aut figura Iudicij procedere possunt ac debēt, & per salutares pœnitentias corrigere omni appellatione remota; nisi fortè correctio- nis modum excedant, tunc enim ab eis appellare licet.

Quid possint Superiores nostri in causis ad S. Officiū spectantibus, vide *V. Absolutio quoad ff. n. 16.* alia huc facientia *V. Dispensatio. V. Prelatus. V. Prouincialis. V. Pœna. V. Visitator.*

G 6

IVRA<sup>a</sup>

## IVRAMENTVM.

267. **I**uramentum est *Inuocatio Diuini Nominis in Testimonium.*

Quod si fiat ad confirmandum dictum de præsentia aut præterito, dicitur *Iuramentum assertorium*; si de futuro, *promissorium*; Istud fit vel in honorem seu cultum Dei, vel in fauorem hominis. 268. Iuramentum, quo aliquid promittitur Deo causâ Religionis aut Pietatis, idem est quod votū iuramento firmatum, quod relaxare

laxare potest, quisquis in votis dispensandi seu commutandi potestatem habet, uti sunt Papa, Episcopi, alique Prælati habentes Iurisdictionē quasi Episcopalem in suos subditos; In sæculares etiam Confessarij Mendicantium, si non implicant votum Papæ reservatum. Aliquando tamen iuramentum fit absque intentione promittendi Deo, quo casu adhuc Episcopi ac Regulares dispensare valent. 269. nisi sit de rebus maximè arduis v. g. in statutis Collegiorū,

G 7

Aca-

Academiarum & bonorum  
Ecclesiasticorū, quæ à sum-  
mo Pontifice proueniunt.  
270. Si res iuramento pro-  
missa cedat in utilitatē ho-  
minis, cessat remissione par-  
tis, cui facta est promissio,  
etiamsi fiat principaliter ob  
honore Dei, vt si certæ per-  
sonæ vel loco pio iures ali-  
quam eleemosynam. Dico  
*certe persona, &c.* nam si fiat  
indeterminatè, nullus parti-  
cularis remittere potest, sed  
hoc spectat vel ad Papam  
vel Episcopum.

271. Quando Iuramen-  
tum

tum vtrunque manifestè iustum, honestum & utile est, atque Promissio ab eo, cui facta est, acceptata & rata, relaxari vel tolli nequit à S. Pontifice. Secus est, cum ambigitur, sitne iusta & honesta res aut promissio, vel non acceptata.

272. Obligatio Iuramenti respectu Subditorum tollitur etiã *Irritatione* à quocunque superiore, vti sunt Prælatus, Paterfamilias &c. in ijs rebus, quæ ad liberam eorum administrationem vel utilitatem spectant, etiam sine causa. G 8 273.

206 *Iuramentum.*

273. Huiusmodi Domi-  
nio cum Confessarij careant,  
Iuramēta irritare nequeunt,

274. Cessat etiam ali-  
quando Iuramenti obligatio,  
per se ex *mutatione materiae*,  
vt si fiat illicita, vel impossi-  
bilis. Item *commutatione*  
in æquale vel minus etiam  
bonum (sed hoc saltem cum  
auctoritate Superioris aut  
alterius habentis ad hoc po-  
testatem) multo verò magis  
in id quod constat esse meli-  
us, quo pacto iuramenta  
quæuis extinguuntur Pro-  
fessione Religionis approba-  
ta,

æ, sicut & vota, si sunt de rebus piis ad Deum solum facta: si autem iuramentum esset homini præstitum & ab eo acceptatum, non posset in Religionis Professionem commutari, præsertim si fiat ex aliquo contractu vel quasi contractu, prout contingit in Collegiis studiorum, ubi Alumni iurare solent sese postmodum conversioni infidelium duros operam.

275. In casum reservatum iuramenti falsi Religiosus incidit, quando iuridicè & legitimè interrogatur à Superioriore



periore, cui secundum jus ad interrogata respondere tenetur, siue interrogetur ut reus, siue ut testis, si in responsione ad similia peieret.

*Vide plura V. Votum. & quoad Iuramentum Definitorum V. Definitor.*

## MATRIMONIVM.

276. **Q**Uæ Confessarium Regularem in hac materia singulariter nouisse conuenit, sunt ista potissimum i quò, dato casu alicuius impedimen-  
ti, &c.

ti, recurrendum sit pro Dispensatione? 2. Quomodo hæc petenda? 3. Quis obtentam exequi valeat? 4. Quæ in executione seruanda? 5. An & quomodo denique matrimoniū renouandum?

277. In facti ergo contingentia, ante omnia debet aduertere, num reuerà sit opus dispensatione? si quod impedimentū deprehendat ante matrimonium contractum, plerunq; significandū est, & monendus pœnitens, vt ab eo desistat, vel dispensationē impetret. 278. Contracto

210 *Matrimonium.*

tracto matrimonio, si videat ignorantiam illum teneri juris aut facti, invincibili, vel saltem mortaliter non culpabili; arbitretur verò ex admonitione non secuturum fructum, sed potius animi inquietudinem, rixas, scandalum, &c. dissimulare debet. 279. Et si poenitens ipse dubitans de valore matrimonij, jure petendi debitum, &c. quærat, cautè ad interrogata respondere, neque plus quàm interrogetur.

280. Quando dispensatio petenda est, consideranda  
tum

um est ipsius impedimentī  
qualitas, an scilicet impedi-  
ens tantum sit vel dirimens?  
Iuris diuini an Ecclesiastici?  
Naturalis, an positiui? cum  
Ecclesia tollere non possit,  
nisi quæ sunt juris Ecclesia-  
stici. Sunt verò vtriusque  
generis impedimēta sequen-  
tibus comprehensa versicu-  
lis: *Impedientia* quidē isto:

*Interdico, dies, votum, co-  
gnatio, crimen.*

*Dirimentia* verò sequenti-  
bus:

*Error, conditio, votum,  
cognatio, crimen,*

*Cul-*

*Culcūs disparitas, Vis, or-  
do, legamen, honestas,  
Si sis affinis, si fortè coire  
nequibis,*

*Si Parochi & duplicis de-  
sit presentia testis.*

*Hec faciendā vetant con-  
nubia, facta retractāt.*

281. *Ex prima classe, In-  
terdictum, quo Iudex ali-  
quando vetat contrahere, &  
dies seu tempus feriarum  
Aduentūs & Quadragesimæ,  
sunt juris Ecclesiastici, sicut  
& crimen, si tamen adhuc  
obstat, quod plures negant.  
Sponsalia, naturalis Iustitiæ  
debito*

debito  
cui pr  
traher  
simple  
Castita  
Religi  
SS. Or  
di pra  
di ob  
insupe  
sed d  
votum  
peccat  
do spo  
um, se  
ctum,  
uque

*Matrimonium.* 213

debito cum altera, quam,  
cui promissio facta est, con-  
trahere impediunt. *Votum*  
simplex, vel *Iuramentum*  
Castitatis vel ingrediendæ  
Religionis, vel suscipiendi  
SS. Ordines, vel nō nubendi  
præter naturalē nō nubendi  
obligationem, inducunt  
insuper non petendi debitū,  
sed diuersimodè. Habens  
votum Castitatis, nō solum  
peccat mortaliter contrahē-  
do sponsalia vel matrimoni-  
um, sed etiam post contra-  
ctum, petendo debitū, quo-  
usque ab eius obligatione  
liberz

liberetur; reddere tamen potest ac etiam tenetur coniugi petenti. Idem est de voto nō petendi debitum. Vovens virginitatem, si solūm intendit primā vice abstinere à coitu carnali, per quem amittitur virginitas propriè dicta, post primum coitum non tenetur amplius ex tali voto. Dubium quid intenderit, quidam obligant ad perpetuam castitatem: Quidam negant. Qui votum habet non nubendi, peccat mortaliter, nubendo, contracto autem matrimonio

potest

*Matrimonium.* 215

potest petere & reddere debi-  
tum. Habens votum non  
fornicandi, non tenetur ex  
vi voti abstinere ab actu licito  
matrimoniali. Qui vouit  
Religionem & tali voto non  
attento, contrahit matrimo-  
nium, peccat mortaliter siue  
petendo siue reddendo pri-  
mâ vice; at post consumma-  
tionem, non peccat petendo  
vel reddendo; post mortem  
autem coniugis tenetur ad-  
huc intrare religionem. Qui  
vouit religionem & ad illam  
non admittitur, potest in sæ-  
culo manens inire matri-  
monium;

2826



216 *Matrimonium.*

282. Ex altera classe, *Er-  
ror* circa substantiã personæ,  
vel etiam qualitatem, si re-  
dundat in errorem personæ,  
& *Impotentia* perpetua ma-  
trimonium antecedens, jure  
naturali dirimunt. *Vis* &  
*metus*, *seruitus*, *cognatio*  
*spiritualis* & *legalis*, *crimen*,  
*disparitas cultûs*, *ordo*, *pub-  
lica honestas*, & *Votum* solen-  
ne castitatis emissum in Re-  
ligione approbata, Ecclesia-  
stico jure subsequens mati-  
monium dirimunt. *Cogna-  
tio carnalis*, seu consanguin-  
nitas, jure naturæ irritum fa-  
cit

*Matrimonium.* 217

cit matrimonium in primo tantum gradu; jure autem Ecclesiastico usque ad quartum gradum inclusivè, tam in recta linea quam transversa. *Affinitas* ex copula licita seu conjugali, Ecclesiastico jure dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusivè. Ex illicita, usque ad secundum inclusivè tantum. *Affinitas* quæ contrahitur post initum matrimonium, cum scilicet coniunx scienter (non aliàs) adulterat cum consanguineo seu consanguinea conjugis primi & secundi

218 *Matrimonium.*

cundi gradus, etsi matrimo-  
nium illud iam contractum  
non dirimat, priuat tamen  
jure petendi debitum, tene-  
tur autem reddere, nisi & al-  
ter coniunx in adulterium  
consenserit. Idem fit in co-  
gnatione spirituali, si quis  
scienter communem filium  
aut proprium alterius con-  
iugis solēniter baptizat, &c.

283. Ut porrò cognoscatur  
quoto gradu quis alter con-  
sanguineus existat, Regulæ  
sequentes indicant.

Regula 1. In linea recta af-  
cendentium & descendentium,

um, tot sunt gradus, quot personæ, demptâ vnâ personâ, scilicet stipite, v. g. Pater & filius in primo sunt gradu, quia dempto stipite remanet vna persona.

Regula 2. In linea transversa æquali eodem gradu distant inter se, quo distant à communi vtriusque stipite proximo, vt duo fratres distant inter se primo gradu, quia sic distant à primo stipite, in quo coniunguntur, qui est Parens.

Regula 3. In linea transversa inæquali, eo gradu distant inter

220 *Matrimonium.*

inter se, quo alter magis remotus distat à communi stipite, vt Patruus & filius ex fratre distant secūdo gradu, quia hic à communi stipite scilicet auo sic distat.

284. Affinitatis gradus numerantur sicut in consanguinitate tam in ascendendo quàm descendendo, nam quoto quis gradu consanguineus est viri vel feminae cognatae, eodem est affinis alteri coniugi. Vbi stipites habetur duplex illa persona, quae per carnis copulā commiscetur.

285.

*Matrimonium.* 221

285. Cæterum quia causæ  
matrimoniales & ab his de-  
pendentia per SS. Canones  
locorum Ordinariis com-  
missa sunt, si quid eiusmodi  
deueniat ad Confessarios,  
non sese facile immisceant,  
sed ad suum forum remittât;  
quin & dispensationes, præ-  
sertim in rebus notoriis,  
per proprios Pastores potius  
procurari sinant. In occultis  
tamen suadet nonnunquam  
non tam charitas quàm ipsa  
necessitas, auxiliatrices pœ-  
nitentibus manus porrigere,  
in eum proinde finem, quæ-  
stiones

222 *Matrimonium.*

stiones initio huius tituli  
propositæ, hîc quàm brevis-  
simè resolvuntur.

*S. 1. A QVO DISPENSA-  
tio petenda sit?*

286. **S**ummus Pontifex nō  
potest dispensare in  
impedimentis diri-  
mentibus ex jure naturali  
aut diuino consurgentibus,  
præter votum. Alia tam im-  
pedientia, quàm dirimen-  
tia, cum jure Ecclesiastico  
statuta sint, eodem etiam  
relaxari possunt. Petitur  
autem ab illo dispensatio  
per

*Matrimonium.* 223

per D. Nuncium Apostolicum.

287. Episcopus dispensare potest 1. in impedimentis non dirimentibus, excepto voto castitatis perpetuæ, Religionis, & impedimento proueniente ex sponsalibus contractis cum alia. 2. In dirimentibus, quæ jure naturali non dirimunt, saltem post contractum matrimonium, quando impedimentum est occultum, & matrimonium publicum, atque aliter obuiari nõ potest grauius incommodis scandali,

H

li,



224 *Matrimonium.*

li, infamiae, & aliis, nec ad S. Pontificem vel ad eius Nunciū patet recursus propter paupertatem, distantiam, &c. 3. Quando aliqui contraxerunt dispensatione impedimenti impetratā, subreptitiae tamen, ac proinde nullā. Denique in impedimentis, quae superueniunt matrimonio & impediunt petitionem debiti.

288. In impedimentis non dirimentibus, quae proueniunt ex voto, in quo ipsi Regulares dispensandi vel commutandi facultatem habent, possunt

*Matrimonium.* 225

possunt ijdem tollere, vt tale votum habentes ab eo legitimè absoluti saluâ conscientia possint contrahere matrimonium. Super alia impedimenta tam impediencia quàm dirimētia, communiter nullam habent penitus facultatem. Ex Priuilegio Greg. 13. pro Soc. Iesu, possunt dispensare cum ijs, qui contraxerunt cum impedimento criminis, qui nō putant illicitum dare fidem de matrimonio contrahendo post mortem coniugis viuente altero. Item cum ijs

H 2            qui

qui in 4. gradu consanguinitatis vel affinitatis contraxissent, nec possent vlllo modo sine grandi periculo thoro separari, vt elicto, ab vtroque coniuge, nouo consensu, matrimonium absque alijs solennitatibus sit validum. Eandem facultatem concessit inter Compatres & Commatres, qui matrimonium iniissent spirituali cognatione impeditum, etiamsi vterque conjugum catholicus sit. *Ved. insuper. V. Missio.*

289. *Quantum ad petitionem*

*Matrimonium.* 227

tionem debiti, possunt Regulares dispensare tam cum incæstuosus ad petendum debitum coniugale, quàm cum illis qui illicitè matrimonium contraxerunt cum impedimento voti simplicis castitatis, vt etiam possint petere & reddere debitum, quousque durat matrimonium, &c.

§. 2. *MODVS POSTV-  
landi Dispensatio-  
nem.*

290. **P**ostulans Dispensationē Matrimonialē duo in pri-  
H; mis

mis explicanda sibi sciat. 1. Ipsum Impedimentum seu Impedimēta. 2. Causas quibus moueatur Pontifex ad dispensationem concedendam. Vtroque cavendum est, *ne taceat Verum*, quod specialiter exprimendū iura, vel stylus Curiaē præcipiunt, neque *falsum dicat*, quod Superiori causam præbeat dispensandi; nam prius *subreptitiam*, posterius *obreptitiam*, & utroque casu dispensationem nullā reddet.

291. Impedimenta itaque simpliciter, vt in se sunt, explicari

*Matrimonium.* 229

plicari debent, secundum  
species, gradus & numerum,  
præsertim in gradibus con-  
sanguinitatis & affinitatis.  
In quibus si sponsi habue-  
runt inter se copulam sub  
spe & intentione facilius ob-  
tinendi dispensationem, ne-  
cessarium insuper est, non  
solum exprimere copulam,  
sed etiam quod ex tali ani-  
mo habita sit: quando hæc  
causa contingere de utriusque  
consensu, & aliæ causæ dis-  
pensandi absque allegatio-  
ne talis copulæ & intentio-  
nis non sufficiunt.

H 4

292

230 *Matrimonium:*

292. Plura impedimentà,  
si adsint, coniunctim in ea-  
dem petitione sunt expli-  
canda, cum absque infamia  
in publica petitione exprimi  
valent, alioqui permittitur  
impedimenti publici dispē-  
sationem publicè petere,  
occulti autem secretè per  
viam S. Pœnitentiariæ v. g.  
in impedimento consanguini-  
tatis publico, & altero af-  
finitatis ex copula illicita  
secretò contracto.

293. Causæ dispensandi  
generatim loquendo sunt  
utilitas aut necessitas com-  
munis

munis  
cōcur  
munis  
judic  
cialer  
tata  
næ l  
3. de  
tis. A  
rum  
5. Pr  
guine  
conti  
S. 3  
L  
294.

*Matrimonium.* 238

munis vel priuata, alijque  
cōcurrentes casus, qui com-  
muniter ad ipsius Pontificis  
iudiciū remitti solent. Spe-  
ciales & in praxi magis vsi-  
tatae sunt 1. Extinctio mag-  
nae litis. 2. angustia loci.  
3. defectus dotis competen-  
tis. 4. conseruatio diuitia-  
rum vel illustris familiae.  
5. Proles habita ex consan-  
guinea, si malā fide non  
contigit.

S. 3. DE EXECVTIONE

*Dispensationum Pa-  
paliū.*

294. **Q**uæ pro foro exter-  
Hs no



232 *Matrimonium.*

no conceduntur dispensationes, extra sphaeram sunt Regularium. 295. Quae pro foro conscientiae à S. Poenitentiaria obtinentur, committuntur, cum Inscriptione: *Discreto Viro, Confessori Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctore, ex approbatis ab Ordinario per Latorem praesentium specialiter eligendo, &c.* Huiusmodi dispensationes ipsos Regulares etiam non graduatos, posse exequi, probabile est, praesertim si ad hoc nominatim à suis Superioribus designati sunt. S.

*Matrimonium.* 233

S. 4. QVIS MODVS OB-  
servandus in exequendis  
Dispensationibus Pa-  
palibus?

296. **C**VM in eiusmodi  
litteris tot plerū-  
que incurrāt am-  
biguitates & contradic-  
tiones, vt vix peritiores ab eis  
extricare se possint, si qui  
sunt, qui id sibi licere cre-  
dunt & exequi volunt, con-  
sulant DD. rem hanc non  
perfunctoriè tractantes, Por-  
tel, Sanch. & alios quorum  
meminit P. Bassæ. t. 2. V.  
*Matrimonium.* 3. n. 18.

H6

Quan-

234 *Matrimonium.*

Quanti valeat eiusmodi  
Dispensatio data pro foro  
conscientiæ. *Vide V. forum.*  
*Et V. Occultum.*

S. S. *AN ET QUOMODO*  
*Matrimonium inno-*  
*uandum?*

297. **S**uppono Matrimo-  
nium invalidè con-  
trahi vel defectu cõ-  
sensûs, vt si ambo vel alter  
eorum promisit fictè cum  
metu graui. Vel ratione ali-  
cuius impedimenti dirimē-  
tis, quod potest esse vel  
publicum vel secretum.

298.

*Matrimonium.* 235

298. Quando Matrimonium fuit inualidum defectu consensûs vtriusque contractantis, vt valeat, vtriusque consensus requiritur. 299. Si alterutri tantum defuit, satis est, vt ille, qui minus legitimè consensit, denuò consentiat saltem internè; modo alter, qui antea consenserat, non reuocauerit suum consensum.

300. Quando matrimonium propter aliquod impedimentum dirimens fuit inualidè contractum, vt validetur, post impedimentum  
H7            ces-

236 *Matrimonium.*

cessationem vel impetratam dispensationem, necessarius est utriusque consensus, isq; externè expressus, cum absque graui periculo nullitas manifestari, vel consensus talis haberi potest: secùs, sufficiet copula cum affectu maritali.

301. Matrimonium ex impedimento prorsus occulto, vel vno tantum conscio invalidum, quando semel coram Parocho & testibus celebratum fuit, cessante impedimento vel obtenta dispensatione, vt validetur, non est opus, vt denuò

*Missæ.*

237

denuò contrahant præsentem  
Parocho & testibus, quam-  
uis in Bulla id nominatim  
exprimatur.

## MISSA.

302. **S**uppositâ commu-  
ni de SS. Missæ sa-  
crificio doctrinâ pas-  
sim obuiâ, considerandum  
est hîc triplex circa eandem  
Priuilegium; aliud *locum* sa-  
crificandi, aliud *tempus*, aliud  
*numerus* concernit.

303. Circa *locum*, qui de  
Iure est Ecclesia consecrata  
ab Episcopo, aut saltem bene-  
dicta,

HS

dicta,

dicta, & altare lapideum consecratum, integrum & non enormiter fractum ( nisi in casu necessitatis, quo Ecclesia deest, vel ea nimiam multitudinem capere ac ordinarij licentia haberi nequit. )

304. Habent Regulares Priuilegiū, præter recensita *V. Altare. n. 51.* quo conceditur ijs omnibus & singulis, tam Viris quàm fæminis, quibusvis infirmitatibus pro tempore detentis, quibus ob huiusmodi infirmitates vel per Medicum aut superiorem suum è Cubiculis suis exire  
prohi-

Missæ.

239

prohibitum fuerit, vt duran-  
tibus Infirmis tantum,  
Missam in proprio cubiculo  
super altari portatili, in loco  
tamen decenti & honesto,  
per aliquem sacerdotem per  
eos ad suum libitum, eligen-  
dum, celebrari facere, illiq;  
interesse, & eam etiam in ip-  
sorum cubiculis iacentes au-  
dire, Sacramentumque Eu-  
charistiæ confessi & contriti  
liberè & licitè suscipere pos-  
sint, Ordinariorum locorum  
vel quorumcunque aliorum  
licentiâ minimè requisitâ.

&c.

H 9

203.



305. *Horam* celebrandi  
 SS. Canones designant ab  
 aurorâ vsque ad meridiem.  
 Quod cum non physicè sed  
 moraliter ac politicè sumat-  
 tur, aurora quidem pro eo,  
 quando terminari solet ho-  
 minum quies & inchoari la-  
 bor, iuxta probatam Regio-  
 nû consuetudinem, hinc est  
 quod tribus vel quatuor etiâ  
 horis ante solis ortum cele-  
 brare Nostrates nulli du-  
 cant scrupulo, ab exteris  
 laudato potius, quàm im-  
 probato more. Post meridi-  
 em quoque, cum causa sub-  
 est.

est, quidam duas veletiam  
tres admittunt horas; sine  
causa, spacium quod vnā  
non attingit. Ex priuilegio  
possunt Religiosi celebrare  
per tres horas ante solis ortū  
& totidem post meridiem.

306. Circa numerum du-  
plicia sunt priuilegia. 1. Ce-  
lebrandi sæpius in vna die.  
2. Vt Generales Religionū  
in Visitatione possint in  
multitudine Missarum dis-  
pensare, adeo vt in Missa  
possint poni vsque ad no-  
uem, Collectæ, & quælibet  
Collecta valeat pro Missa.

De

De primo *Vide V. Missio.* De secundo cūm apud nos in usu nō sit, P. Sorbo *in Comp. Privil. V. Missa. & alios.*

## MISSIO.

307. **P**riuilegia nostris Provincialibus, tāquā Missioni Præfatis à S. Cong. de propaganda fide, concessa, ad quinquennium semper reconfirmanda sunt

i. Administrandi omnia Sacramenta etiā Parochialia, ordine & confirmatione exceptis, & quoad Parochialia

lia in Dioccesibus, vbi non erunt Episcopi vel Ordinarij, vel eorum Vicarij, vel in Parochijs, vbi non erunt Parochi, vel vbi erunt, de eorum licentia.

2. Absoluendi ab hæresi & Apostasia à fide & à schismate quoscunque etiam Ecclesiasticos tam Sæculares, quàm Regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, vbi S. Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impunè grassantur hæreses, deliquerint; nec illos, qui iudicialiter abiurauerunt.

rauerint, nisi isti nati sint, ubi grassantur hæreses, & post judicialem abiurationem illuc reuersi, in hæresim fuerint relapsi. Et hoc in foro conscientiaë tantum.

3. Absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis primò conuersos ad fidem Catholicã tantum, remissis aliis ad Nuncium Apost.

4. Absoluendi. & dispensandi in quacunq; simonia, & in reali, dimissis beneficiis, & super fructibus male perceptis,

perce  
elect  
salut  
tis,  
tantu  
s  
non  
di, l  
infir  
tract  
imp  
mod  
ter  
Nico  
bro  
ria  
den

perceptis, iniunctâ aliquâ  
elemosynâ, vel pœnitentiâ  
salutari arbitrio dispensan-  
tis, & in foro conscientiæ  
tantum.

5. Tenendi & legendi,  
non tamen aliis conceden-  
di, libros Hæreticorum vel  
infidelium de eorū religione  
tractantium, ad effectum eos  
impugnandi, & alios quo-  
modolibet prohibitos, præ-  
ter opera Caroli Molinæi,  
Nicolai Machiaueli, & li-  
bros de Astrologia Iudicia-  
ria principaliter, aut inci-  
denter, vel aliàs quouis mo-  
do

do de ea tractantes, ita tamen, vt libri ex illis Prouinciis non efferantur.

6. Celebrandi Missam quocunq; loco decenti, etiam sub, dio, sub terra, vnâ horâ ante auroram, & aliâ post meridiem; bis in die, si necessitas cogat, si tamen in prima Missa non sumpserint ablutionem, & super altari portatili, etiam fracto aut læso, & sine SS. Reliquiis, & præsentibus hæreticis, aliisque excommunicatis, si aliter celebrari non possit, & non sit periculum sacrilegij:  
dum;

quomodo inseruiens Missæ  
non sit hereticus vel excom-  
municatus.

7. Dispensandi & com-  
mutandi vota simplicia in  
alia pia opera, exceptis votis  
Castitatis & Religionis.

8. Dispensandi in foro  
conscientiæ super Irregula-  
ritate ex delicto occulto  
proueniente, & non dedu-  
cto ad forum contentiosum;  
non tamen ex homicidio  
voluntario, aut Bigamia.

9. Dispensandi cum con-  
uersis ad fidem Catholicam  
in 3. & 4. gradu Consanguini-  
tatis.



nitatis & affinitatis, simplici  
& mixto, quoad præterita  
matrimonia, & in prædictis  
casibus prolem susceptam  
declarandi legitimam.

10. Dispensandi cum ijs-  
dem super impedimento  
publicæ honestatis iustitiæ,  
ex sponsalibus proueniente.

11. Dispensandi cum ijs-  
dē super impedimēto crimi-  
nis, neutro tamen coniugū  
machinante.

12. Dispensandi cum ijs-  
dem in impedimento cog-  
nationis spiritualis, præter-  
quàm inter leuantem & le-  
uatum.

13. Hæ

13.  
les dif  
12. non  
confer  
erunt,  
modo  
14. vel  
testate  
& in d  
iufmo  
tur, c  
poris  
cessæ.

14.  
tendi  
15.

13. Hæ verò matrimoniales dispensationes 9. 10. 11. 12. non concedantur, nisi de consensu Episcoporum, vbi erunt, & cum clausulâ, *dummodo mulier non fuerit raptâ*, vèl si raptâ fuerit, in potestate raptoris non existat, & in dispensatione tenor huiusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessæ.

14. Restituendi jus petendi debitum amissum.

15. Concedendi Indulgentiam

gentiam plenariam in oratione 40. horarum ter in anno de consensu Episcoporum, si ibi erunt, indicendo diebus benè visis, contritis & confessis & S. Communione refectis; si tamen ex concursu populi & expositione SS. Sacramenti nulla probabilis suspicio sit sacrilegij ab hæreticis, aut Magistratum offensum iri.

16. Concedendâ Indulgentiam primò conuersis ab hæresi atque etiam fidelibus quibuscunque in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non poterunt.

17. Indulg  
18. rijnor  
lection  
dieim  
brando  
in quo  
portati  
secund  
à purga  
suffrag  
19. pradi  
suis in  
20. turibus  
nis tant

17. Lucrandi sibi easdem  
Indulgentias.

18. Singulis secundis fe-  
rijs non impeditis officio 9.  
lectionum, vel ijs impeditis,  
die immediatè sequenti cele-  
brando Missam de Requiem,  
in quocunque altari etiam  
portatili, liberandi animam  
secundùm eius intentionem  
à purgatorij pœnis per modũ  
suffragij.

19. Communicandi su-  
pradiçtas facultates socijs  
suis in Missione.

20. Utendi eisdem facul-  
tatibus in locis suæ Missio-  
nis tantum.

21.

252 *Monasterium.*

21. Prædictæ facultates gratis & absque vlla mercede exerceantur, & ad quinquennium tantùm concessæ intelligantur.

MONASTERIVM.

308. **C**irca Monasteriorum constructiones eùm variæ fuerint olim leges & privilegia, ijs omnibus abolitis,  
309. Iure nouo sequentes obseruandæ sunt conditiones. 1. Quòd noua loca nõ recipiantur sine Episcopi, in cuius Dioccesi erigēda sunt, licentia

licenti  
si Episc  
uos  
Mendi  
ciuitat  
di nari  
tis,  
non p  
auditi  
ciuita  
tium  
bus  
aliis in  
causâ,  
cognit  
ciuitat  
huius

*Monasterium.* 253

licentia prius obtenta. 2. Ip-  
si Episcopi licentiam ad no-  
uos Conuentus cuiusque  
Mendicantium Ordinis in  
ciuitatibus & locis eorū or-  
dinarie Iurisdictioni subie-  
tis, erigendos, impertiri  
non possunt nisi vocatis &  
auditis aliorum in eisdem  
ciuitatibus & locis existen-  
tium Conuentuum Priori-  
bus seu Procuratoribus &  
aliis interesse habentibus, &  
causâ, seruatis seruandis,  
cognitâ, cōstiterit in eisdem  
ciuitatibus & locis novos  
huiusmodi erigendos Con-  
uen-

254 *Monasterium.*

uentus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. 3. Debet obseruari decretum Greg. 15. quo cauetur, ne aliqua monasteria de nouo erigantur, nisi in eis saltem duodecim fratres aut Monachi seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus & consuetis eleemosynis sustentari valeant, &c. 310. Hospitia, quæ sufficientes habent redditus pro sustentatione duodecim Religiosorum sine quaestuatione, & absque damno aliis Monasteriis antiquioribus, prædicto decreto

tonon  
prehem  
quibus  
nume  
quoti  
elem  
pidis  
tij qu  
co de  
eadem  
Monaf  
mutare  
tum.  
NOI  
N

*Monasterium.* 255

to non includuntur: Com-  
prehenduntur autem ea, in  
quibus talis Religiosorum  
numerus indiget ad victum  
quotidianum mendicare &  
eleemosynas in locis & op-  
pidis vicinis prædicti hospi-  
tij quærere. 311. Licet etiam  
eo decreto non obstante, in  
eadem ciuitate vel oppido  
Monasterium prius existens  
mutare de loco vno in ali-

**NOTORIVM.** *Vide OC-  
CVLTVM.*

**NOVITIVS.**

I 312. Po<sup>o</sup>



312. **P**otestas recipiendi  
 Nouitios in ordine  
 nostro est imprimis  
 penes P. Generalem, tum P.  
 Prouincialem, Visitatores  
 Generales, denique Com-  
 missarium Prouinciæ defun-  
 cto vel in absentia, electo  
 Prouinciali. 313. Non alios;  
 nisi specialiter hoc eis com-  
 mittatur à Prouincialibus,  
 qui & committere talem fa-  
 cultatem aliis, & ipsi quoq;  
 extra Capitula cum consen-  
 su tamen trium vel quatuor  
 seniorum ad Ordinem susci-  
 pere valent; si solus recipi-  
 at;

*Nouitius.* 257

at, malè quidem aget, vali-  
dè tamen.

314. Debent Nouitiorum  
receptores ipsos recipiendos  
omni diligentia examinare  
super requisitis à jure vel re-  
gulâ conditionibus, quo-  
tiescunque certam non ha-  
bent scientiam vel coniectu-  
ras valdè probabiles exa-  
men tale non esse necessa-  
rium.

315. Sunt autem condi-  
tiones ex Regula primùm  
requisitæ duæ potissimùm.  
1. Ut recipiendus sit fidelis,  
& de nullo errore suspectus.  
I 2            2. Quòd

258 *Nouitius.*

2. Quòd vxorem non habeat, vel si habet, ipsa Monasterium iam intrauerit, &c. §16. De iure communi præterea requiritur 1. vt sit liber, non servus. 2. Vt non sit Episcopus, vel si sit, licentiam à S. Pontifice obtineat. 3. Vt non vi vel metu compulsus, sed liberâ voluntate Religionis ingressum petat. 4. Vt non sit impubes, minor 16. annis, furiosus vel mente captus. 5. Vt Parentes aut filios pauperes in necessitate constitutos non habeat. 6. Vt nul-

lum  
miser  
spect  
are  
guli  
ter d  
tisfa  
sit o  
Alia  
dinis  
dend  
timus  
debet  
naus.  
cepti h  
dem h  
dapsu.

lum

lum graue delictum commiserit, vel de eo curiæ suspectus non sit. 7. Ne ita ære alieno grauetur, vt singulis creditoribus sufficienter de propriis substantiis satisfacere nequeat. 8. Vt non sit obstructus ratiociniis. 317. Aliæ insuper habentur in ordinis Constitutionibus videndæ c. 2. 318. Vt sit legitimus Probationis annus, debet esse integer & continuus. Integer ab horâ suscepti habitus vsque ad eandem horam diei post annum elapsi. In anno bissexto

260 *Nouitius.*

nus adhuc dies superaddendus est. Continuus verò debet esse vsque ad Professionem inclusiue, ita quòd si ante professionem habitum dimittat animo Religionem deserendi, coipso statum amittat & admissione nouâ indigeat, ut possit iterum esse Nouitius. Non teneretur tamen de nouo incipere, qui commotus irâ dimitteret habitum, si breuì placatus eum facti pœniteat: aut ipse Superior ita commotus aliquē habitu spoliari manderet, ac breuì placatus reindui iubeat.

319.

319. Non tenentur Novitij,  
neque ad vota essentialia  
Religionis, neque ad præ-  
cepta communia Regulæ,  
Constitutionum & Superio-  
rum Ordinis, nisi speciali  
intentione ad hæc se obliga-  
verint. Ex graui tamen de-  
centia obligantur ad ea, imò  
& in conscientiâ, si spectant  
ad bonum regimen & finem  
probarionis ipsorum Noui-  
tiorum, & vsum bonorum  
Ordinis, quantum eis à Re-  
ligione cõceditur. 320. Vo-  
ta Novitiorum personali-  
ante vel post habitum sus-  
ceptum

ceptum emissa, quæ opera Religionis impediunt vel nimium aggrauant, ipso jure tanquàm impeditiua boni maioris eo probationis tempore suspensa sunt, sicut & vota realia si soluere Nouitius nequeat: possunt etiam commutari in alia Religionis exercitia.

321. Eximuntur etiam Nouitij, instar Professorum à potestate tam ciuili quàm Episcopali: Quod si delinquant etiam criminaliter, puniri possunt ac dimitti postmodùm ab Ordinis Prefecto.

322. De bonis Nouitiorum temporalibus Conc. Trid. sess. 25. de Regul. c. 16. statuit seqq. 1. Ne quid ante Professionem recipiatur de bonis Nouitij, etiam sponte oblatum à Parentibus vel propinquis vel Curatoribus, excepto victu & Vestitu Nouitij illius temporis, quo est in probatione, sub pœna anathematis dantibus & recipientibus. 2. Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta, etiam cum juramento vel in fauorem cuiuscunque causa pia, valet.



beat, nisi cum licentia Episcopi siue illius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante Professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta Professione, &c. Nomine obligationis intelligitur quæcunque alienatio bonorum temporalium gratuita & rei notabilis donatio inter vivos, quæ cum irrevocabiles sint, possent causare, vt Novitius videns se suis facultatibus denudatum cogatur professionem emittere. Nomine Renunciationis intelligi-

ligitur  
tio tu  
rum e  
nefici  
qui se  
minib  
tio ca  
stame  
tur,  
cunq  
stame  
ligion  
uatis  
Conc  
beat Iu  
verò ci  
tem D

ligitur dimissio siue resignatio tum officiorum publicorum temporalium, tum Beneficiorum, licet de his aliqui secus sentiant. His nominibus quia neque donatio causâ mortis, neque testamentum comprehenditur, potest Nouitius quocunque tempore condere testamentum ante vel post religionis ingressum non seruatis solennitatibus Trid. Conc. Vtrum verò sequi debeat Ius Ecclesiasticum, an verò ciuile, in vtramque partem DD. opinantur. 325.

Minoritis prohibetur singulariter in regula, tam subditis, quàm Prælati, ne se intromittant siue directè siue indirectè, aut per alios ab ipsis fratribus præventos, nec penitus etiã consulant circa bonorum eiusmodi dispositionem, etiamsi ab ipsis Ordinem ingredi volentibus seu Novitiis fuerint ad hoc requisiti. Ministris tamen conceditur (quando eos prædicti consuluerint) quòd possint eligere aliquè vel aliquos timentes Deum, qui non sint de Ordine nostro,

stro, ad quos prædictos mitant. Executio ultimæ voluntatis Novitiorum, quoad dispensanda vestimenta vel aliud simile, licet non repugnet statui Minorum, eam tamen vendere, pretiumque per se vel interpositam personam dispensare licitum non est. *Plura de his V. Professio.*

## OCCULTVM.

324. **Q**uia facultates absolventi ac dispensandi sæpè sæpius restringuntur ad casus occultos, & non notorios, plurimum

num refert recta horum nominum intelligentia.

325. Distinguendum verò in primis est inter *Notorium* & *famosum* vel *pulicum*, potest enim id, quod unus vel duo tantum viderunt in secreto & postea divulgârunt, sic fieri per famam publicam, quod tamen Notorium non habetur, cum istud scientiam requirat multorum non ex fama, sed propriam. Pro quo sciendum, Notorium aliud esse Iuris aliud *facti*.

326. *Notorium Iuris* est, quod constat per Iuridicam senten-

senten  
ipsius  
legiti  
onem  
dicitu  
cum e  
lum i  
etiam  
quod  
Perfo  
sepre  
quan  
qui d  
dunt  
loci  
perp  
gestu

sententiam vel Confessionē  
 ipsius Rei in Iudicio, aut per  
 legitimam testium deponi-  
 onem, 327. *Notorium factū*  
 dicitur illud, quod est publi-  
 cum evidentiā facti, non so-  
 lum in ratione actūs, verum  
 etiam in ratione delicti, ita  
 quod sciatur esse delictum à  
 Personis non minus sex aut  
 septem; Nonnulli non solū  
 quantitātē seu numerū eorū,  
 qui delictum novēre, atten-  
 dunt, sed etiam qualitatem  
 loci publici, vbi factum fuit  
 perpetratum, secundū quos  
 gestum in domo *Notorium*

necdum habetur. Prout no-  
 ster P. Cyprianus vni alicui  
 nostro Conuentui etiam de-  
 cem aut quindecim fratrum  
 euidens pro notorio non ag-  
 noscit, nisi fortè Conuentus  
 ille esset Primarius & frequen-  
 tissimus in Prouincia, in quo  
 si quid est euidenter notum,  
 omnibus etiam publicum  
 censeatur. 323. Singularem  
 ex his resolutionem videre  
 est apud Portel. *in Respons.*  
*Moral. p. 1. casu 6.* Vbi de-  
 fendit Dispensationem ali-  
 cuius Religiosi à suo Præla-  
 to, ab incurfa irregularitate

ob

ob homicidium voluntarium, quod is perpetraverat in praesentia trium sociorum, qui homicidium illud protinus divulgauerunt. *Cum de hoc homicidio, inquit, tres tantum sciuerint euidenter, & reliqua pars Urbis, quam statim intrarunt, sciuerit, vel potius crediderit ex fama solum: concluditur manifestè non fuisse hoc delictum notorium in Urbe, licet fuerit publicum seu publicatum seu famosum.*

329. Occultum distinguit  
*Nau. in Man. c. 27. n. 255.*



## 272 Occultum.

triplex. 1. Quod non est probabile suapte naturâ, qualia sunt sola mentalia. 2. quod est probabile suapte naturâ, sed non potest probari, quia coram nemine factum est. 3. quod probari quidē potest sed adeo à paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in Iudicium deductum, quod in c. *Vestra. de Cohab. Cler.* Vocatur penè occultum. 330. Recentiores aliqui occultū diuidūt primò in occultum *per se*, quod nihil habet, vnde possit cognosci ab hominibus, vt est actus interi-

or

or nullo signo manifestatus  
exteriùs; & occultum *per*  
*accidens*, quod licet ex na-  
tura sua cognoscibile sit, de  
facto tamen non cognosci-  
tur. Istud iterum subdivi-  
dunt in tria membra: 1. vt  
opponitur probabili, quia  
scilicet etsi externè factum  
fuerit, testibus probari ne-  
quit. 2. vt opponitur pub-  
lico famoso, quod licet pro-  
bari possit, non tamen labo-  
rat infamiâ. 3. vt distingui-  
tur contra notorium & est  
illud, quod etsi probari pos-  
sit & famâ publicâ divulgâ-  
tum

tum sit, non est tamen ita clarum & manifestum, quod tergiuersatione celari non possit, quod est, non esse notorium facti vel juris. In Conc. itaque Tridentino & quibuscunque facultatibus Bullarum tales à nomine occulci excludunt non solum notoria, verum etiam quæ per famam publica seu manifesta sunt, eo quod simpliciter occulta dici nequeant, sed solum largè. 331. Conformius juri tum antiquo, tum vel maximè nouo *Trid.* occultum dici videtur.

tur, quamdiu ad forū contentiosum nō est. 332. Quod si per iudicium reus absolvatur, eò quod legitimè non sit crimen probatum, deducitur ad eum statum, in quo erat ante accusationem vel denunciatiōem, potestque dispensari ab eo, qui in occultis potestatem habet. Idem aliqui dicunt, etsi plenè fuerit probatum, quia iam satisfactum sit scandalo publico per sententiam iudicis, & sic purgavit delictum, ut sit sicut antequàm ad iudicem deferretur.

333. Quomodocunque ve-  
rò sumatur occultum, si ca-  
sus, postquam absolutio-  
nem vel dispensationē quis  
in occultis obtinuit, fiant  
publici vel deducti ad forū  
contentiosum, valebit abso-  
lutio vel dispensatio, sed pro  
foro interno tantum, iuxta  
dicta n. 204.

### OFFICIUM DI- VINUM.

334. **F**Ratres Minores, et-  
si nullos adhuc SS.  
ordines acceperint,  
ex Regula tenentur ad Offi-  
cium

Offi-  
cium  
ordine  
sive, qu  
hoc o  
rium a  
tum  
nec  
vel d  
cium  
tidie  
lenda  
& ord  
dispor  
uiario  
quam  
ligatio  
Defun

*Officium diuinum.* 277

ciū diuinum secundū  
ordinem S Romanæ Eccle-  
siæ, quæ tria potissimū de  
hoc ordinat. 1. Ne Breuia-  
rium ab vllō vnquam vel to-  
tum vel ex parte mutetur,  
nec ei quicquam addatur  
vel detrahatur. 2. Vt Offi-  
cium diuinum dicatur quo-  
tidie prout in Romano Ca-  
lendario præscribitur, ritu  
& ordine, quo in Rubricis  
disponitur. 3. Utentes Bre-  
uiario Romano, tam intrā  
quā extra Chorum ab ob-  
ligatione recitandi officium  
**Defunctorum, Psalmos Pœ-  
nitent-**

278 *Officium diuinum.*

nitentiales & Graduales, eximuntur. Idem & de B. V. Officio, saltem extra Chorū (sine tamen præiudicio consuetudinis) conceditur. 335. Prædicta Calendarij ac ritus immutatio speciatim etiam locorum ordinariis tam Regularibus quàm Sæcularibus, interdicitur, & ne vni loco concessum extendatur ad alium; nisi propter S. alicuius Patrocinium aut insignem aliquam Reliquiam. 336. aut occurrentem aliquā causam pro vna aut altera vice.

337.

*Officium diuinum.* 279

337. Quantum ad primū, ubi habetur *Reliquia insignis*, puta caput, brachium vel crus alicuius Sancti, de hoc potest officium fieri duplex. 338. De sancto, cuius *Reliquia non insignis* habetur, si concedatur officium, debet esse semiduplex. Aliàs de Sancto etiam canonizato fieri nequit officium extra propriā Ecclesiam. De Sancto autem beatificato, nec ab aliis personis, nec aliā die seu loco, quàm in Bulla Beatificationis designatur.

339. Titulus altaris seu  
Ca-



280 *Officium diuinum.*

Capellæ celebrandus est sub  
ritu in Calendario, præscrip-  
to: si autem ibi non nomi-  
natur, ad illud altare cele-  
brari poterunt Missæ festiuæ  
cum *Gloria in Excelsis*, &c.  
sed officium nullatenus fiat  
sine licentia Maiorum.

340. Circa secundum, li-  
cēt Fratribus Minoribus di-  
cere officium de Sanctis sui  
Ordinis & quibusdam voti-  
uis, prout in Proprio notan-  
tur. Tenentur insuper, sicut  
& aliæ Religiones quæcun-  
que ad festa propria Patro-  
norum vel similium Dice-  
cesis;

*Officium diuinum.* 281

cesis, in qua morantur. Aliorum fectorum Diocesano-  
rum officia recitare pos-  
sunt, sed non tenentur.

341. Officium vnius Diei,  
mutare in officium alterius  
diei deditâ operâ, quidam  
volunt esse peccatum lethale,  
alij ne venialiter quidem  
peccari, si fiat citra contem-  
ptum aut animum introdu-  
cendi novum ritum. Mediū  
tenent alij, dicentes; tunc  
peccari grauitè, quando  
mutatio redundat in trans-  
gressionem Præcepti, quoad  
substantiâ illius, vel ex parte  
quan-

282 *Officium diuinum.*

quantitatis defraudatæ, vt si quis in Dominica recitaret officium ferix tertix, vel ex parte finis, seu cultûs in celebritatibus colendis, vt qui in die Natalis D. recitaret de S. Petro. 342. Illud fatentur omnes, si per obliuionē aut inconsiderantiam, bonâ fide, ex toto vel parte mutetur officiū, peccatum nullū committi. Et siue sponte siue inaduertenter fiat, non teneri ex præcepto repetere, licet laudabile sit repetere saltem ea, quæ ad proprium officium pertinebunt, etiam si

*Officium diuinum.* 283

am si solùm esset hymnus  
vel aliqua lectio vel anti-  
phona. 343. Consentiant  
item plerique, si quis de loco  
ad locum transit, vbi aliud  
habetur officium, vt obiter  
in illo loco sit, posse, non au-  
tem teneri, illius Ecclesie of-  
ficium dicere. Non solùm  
autem si re ipsa sit in loco  
alio, verum etiam in suo ad-  
huc proprio existens, recita-  
re poterit tã Vesperas, quàm  
Matutinũ festi alterius loci,  
quò, vel hodie vel cras per-  
recturus est: Et si Vesperas  
aut Matutinũ etiam in pro-  
prio

284 *Officium diuinum.*

prio quis loco seu in ipso itinere recitauit de aliquo Sancto seu feriâ iuxta ritum sui Conuentûs, potest nihilominus, vbi ad alium peruenit conuentum, vbi fit aliud officium, pro libitu vel inchoatum prosequi, vel alteri loco conformiter orare. Ita liberum fit ei, qui ex errore de festo duplici vel semiduplici, die proprio non recitauit, vt eo anno vel penitus omittat, vel recitet die non impeditâ officio nouem Lectionum. Similiter cum quis hodie recitauit de festo,

*Officium diuinum.* 285

sto, quod debebat aliquo ex diebus sequentibus recitare, vel hoc ipsum in proprio postmodum suo die rursus dicere, vel id (privatim tamen) quod deberet recitari, si festum non esset.

344. Circa tertium; Fratribus Minoribus non videtur esse in præcepto, ut etiam in Choro recitent *Officium B. V. Mariae, & Defunctorum, vel Psalmos Pœnitentiales ac graduales.* In die tamen Commemorationis omnium Defunctorum, vero:

286 *Officium diuinum.*

verosimilius est omnes ex  
præcepto, etiam priuatim,  
obligari ad recitandum of-  
ficium Defunctorum, sicut  
& in diebus Rogationum &  
S. Marci ad Litanias in Bre-  
nario assignatas, ab ijs, qui  
non interfunt Processioni-  
bus.

345. Modum recitandi  
Horas Canonicas SS. Cano-  
nes statuunt, vt *studiosè* ac  
*deuotè* officium Diurnum &  
Nocturnum recitetur. *Stu-  
diosè*, quoad exteriorem  
pronunciationem; *Deuotè*,  
quoad internum animi af-  
fectum.

346.

*Officium diuinum.* 287

346. Exterior pronuncia-  
tio 1. debet esse tanta, si quis  
cum alio recitet, vt à socio  
audiri queat. Si quis solus  
oret, satis est, si sic proferat  
mouendo linguam & labia,  
vt verè dici queat, ore & vo-  
ce preces fundere, siue ab  
alio vel à se audiri possit siue  
non. 2. Recitari debet in-  
tegrè ac perfectè. *Pars non*  
*tabilis*, cuius omissio sic  
mortalis, videtur esse parua  
aliqua hora, puta tertia vel  
sexta, vel quicquid est parvæ  
horæ æquiualens. A mortali  
excusat, quando pars ne-  
glecta

K

glecta



288 *Officium diuinum:*

glecta notabiliter non æquat  
integram paruum horam. 3.  
Dicendæ sunt horæ secun-  
dum ordinem, quem qui si-  
ne causa inuertit, venialiter  
peccat. Qui per inconfide-  
rantiam, vnam alteri præpo-  
nit, vel à socio rogatur simul  
dicere Nonam v. g. necdum  
dictâ Sextâ, excusatus habe-  
tur à peccato. Idē est si quis  
præ manibus non habeat ni-  
si Diurnū, poterit sine ser-  
pulo recitare horas, ac domi  
recitare Matutinum. 4. Ve-  
rior sententia habet recitan-  
tem cum interruptione non  
pec

*Officium diuinum.* 289

peccare mortaliter, siue ad longū siue ad breue tempus interruptio fiat, dummodo continuatio fiat intrā eundē diem. Itaq; qui vnū Nocturnum vel etiam vnum duntaxat psalmum recitat manē, vel Matutini partem vespere, si postmodū antequā exspiraret tempus præscriptū nempe media nox sequens, recitet, mortaliter non delinquit; Et si causa subsit v. g. itineris aut alicuius negocij, etiam levis culpa facile vitabitur. 5. De tempore asserunt omnes, teste Azor. si preces

K2

hora-

290 *Officium diuinum.*

horarias ante tempus ipsis deputatum, Clericus recitet, intrâ eū tamen diem ad quē pertinent, Ecclesiæ præcepto satisfacere, nec eas esse iterandas. Ex quo fit, vt etiam si Primæ horæ officium longè ante solis ortū post mediam tamen noctem, persoluatur, repeti nō debeat. Et Vespertina itē ac Completa oratio, ante meridiem recitata, iteranda ratione præcepti non sit. Matutinū autem & Laudes recitari possunt horâ tertiâ post meridiem. Quidam generaliter aiunt tum congruē

*Officium diuinum.* 291

gruè dici, cùm sol magis distat à meridie, quàm ab occasu. 6. Ad exteriorem quoque Pronunciationem spectat, vt horæ dicantur loco decenti, eâq; corporis compositione, quâ quis exterius se gerit in speciem orantis, abstinètque ab operibus externis, quæ mentis attentionem non impediunt. Venialiter peccabis per irreuerentiam, si absque necessitate, in lecto decumbens vel sub immodesta corporis positione sine delectu recitares.

347. Altera particula, de

K 3

no: è 3

292 *Officium diuinum.*

notè, duo denotat, *Intentionem & attentionem.* *Intentio* duplex est, *actualis & Virtualis.* *Actualis* est, quando quis re ipsa animo proponit orare & laudare Deum. *Virtualis,* quæ & implicita dicitur, est, quando quis deliberatè & aduertenter aliquid facit, quod confert proximè ad recitandum diuinum officium, qualis est audito signo campanæ chororum accedere, Breuiarium accipere, &c. Hæc sufficit, etiamsi toto reliquo tempore quis inuoluntariè sit distractus.

*Officium diuinum.* 293

tractus. Non satisfaceret  
autem precepto, qui inten-  
deret legere officium solum  
causâ studij vel simili.

348. *Attentio* alia est *acti-*  
*alis*, alia *Virtualis*. alia de-  
mum *habitualis*. *Actualis*  
est, cum quis actualiter at-  
tendit ad verba, ne in eorum  
prolatione erret, vel ad sen-  
sum verborum, vt is intelli-  
gatur, vel ipsum Deum seu  
aliquid diuinum & ad rem  
quâ petit. *Virtualis* est, quâ  
quis ex virtute prioris atten-  
tionis actualis continuat or-  
rationem, etiamsi ad alia

K4

font

294 *Officium diuinum.*

fortè mens diuagetur, sed inaduertenter, ac præter intentionem. *Habitualis* est quædam animi propensio ex præcedentibus actibus relicta, qualis etiam in dormientibus esse potest. Hæc habitualis attentio non sufficit ad orationem, quia nõ facit opus humanũ, sed omninõ requiritur actualis aut virtualis, cum animo virtuali ad Deum vel ad rem, quæ petitur. 349. Circa mentis euagationes consolatoriam Doctrinã, videtis apud Bloss. *Uit in Canon. spirit. vitæ. c.*

17. vel

*Officium diuinum.* 298

17. vel in Summula. 350. Inter causas excusantes à recitandis horis canonicis potissima est infirmitas grauis, ob quam pronuntiatio verborum valdè noceret valetudini corporis, cuius cū certa Regula dari nequeat, id ferè Medici vel Superioris, si adsint, discretioni & iudicio relinquitur. In dubio, an grauis vel leuis sit morbus, aut grauiter nocitura recitatio, infirmus non tenetur ad horas, quia non tenetur se periculo grauis damni exponere. Quid in isto casu possint

Ks

Suppe



296 *Officium diuinum.*

Superiores vide n. 140. &  
144. Insigne priuilegium  
habetur, quo Religiosi, tam  
infirmi, quàm eorum Mini-  
stri, infirmitate aut circa in-  
firmos occupatione huius-  
modi durante, certum Psal-  
morum, per ipsum Superio-  
rem eis assignandorum, nu-  
merum non minus septem  
aut sex cū diuisione, & ora-  
tionem Dominicam septies,  
ac Symbolum Apostolorum  
bis. Grauius autem agro-  
tantibus, orationem Domi-  
nicam semel, Salutationem  
Angelicam septies in die re-  
citando,

*Officium diuinum.* 297

citando, septem horis canonicis & totū officio diuino satisfecisse censentur.

.351. Prælati in officij diuini ordinatione quinque præcipuè seruare debent. 1. vt officiū distinctè, altâ & clarâ voce recitetur. 2. vt attentè ac deuotè cum debita maturitate & interpunctione. 3. Horis statutis, non aliis, absque legitima & rationabili causa dicatur. 4. vt in choro Diuina officia, prout ratio temporis postulat, alternatim canantur vel recitentur, attentèque audiantur. Idque

K 6 non

298 *Officium diuinum.*

non cursim, non perturbatè,  
non syncopando, nec extra-  
nea ac prophana vel inhone-  
sta permiscendo; sedendo,  
stando, caput aperiendo, ac  
inclinando, antiquas ordi-  
nis à SS. Patribus introdu-  
ctas cæremonias & consue-  
tudes maximè seruandas  
curet.

352. Præter Indulgentias  
in Comp. Priuil. V. *Officiū*  
*diu.* recitantibus diu. officii-  
um concessas, relatas, Leo  
10. concessit, quòd quicun-  
que (siue Sæcularis siue Re-  
gularis) dixerit post recita-  
tās

*Officium diuinum.* 299

tas horas orationem Sacro-  
sanctæ, &c. pro sælici statu  
S. Pontificis & S. Ecclesiæ,  
consequatur plenariam re-  
missionem omnium defe-  
ctuum in iis humanâ fragi-  
litate commissorum; eorum  
scilicet, qui vel per nullam  
culpâ vel venialem tantum  
committi possunt in tali re-  
citatione, ita vt ab onere ite-  
rum repetendi recitata cum  
ipsis, excusetur recitans.

POENA ECCLE-  
SIASTICA.

353. **P**œna propriè dicitur  
*læsis, qua punitur* &  
K 7 Vms

300 *Pœna Ecclesiastica.*

